

Martin V.

Transkription von **Wien 5474**, fol. 154r-185r (= int. 2); die Varianten von **Wien 5474 int. 1**, wenn auch darin enthalten, sind eingearbeitet. Die in **Wien 5474** fehlenden Regeln OT 90, 114, 121-124 sind nach **VL 2665** (auch bezüglich Platzierung), die Regeln OT 199-204, 205-210 und ME 49 nach **VL 4990**, die Regeln OT 149a, OT 204 Anm. b und ME 38-48 nach **VL 3983** ergänzt.

OT = *Regulae cancellariae apostolicae*. Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nikolaus V., gesammelt und herausgegeben von Emil von OTTENTHAL, Innsbruck 1888, Neudruck Aalen 1968, S. 255-268.

ME 1-73 = bislang ungedruckte Regeln, sofern kein Druckort angegeben.

OT 1 (1). Ad illius honorem^a, cuius perfecta sunt opera et a quo eius in terris^b vicario omnis prospicitur^c potestas collata^d, laudem et gloriam apostolice sedis ipsi preparante vicario laudabile regimen agendorum quorumlibet normam regiam ac iuge prosperitatis publice fomentum^e. Sequuntur ordinationes sive regule per sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum nostrum^f Martinum divina providentia^g papam quintum, anno domini MCCCC decimo septimo, die XII^h mensis novembris¹, in crastinum sue assumptionis² ad summi apostolatus apicem et ante sue coronationis sollempnia³ facte et edite, quas suo dumtaxat voluit tempore durareⁱ quasque^j postmodum ego Iohannes episcopus Ostiensis⁴ sancte Romane ecclesie vicecancellarius et cardinalis Vivariensis nuncupatus de ipsius domini nostri pape mandato tam in Cancellaria apostolica quam dicte sedis Audientia publica contradictarum^k publicari mandavi atque feci sollempniter^l, ut est moris^m, die sabbati vicesima sexta mensisⁿ februarii pontificatus sui anno primo⁵.

¹ 1417 November 12.

² 1417 November 11.

³ 1417 November 21.

⁴ Johannes de Broniaco.

⁵ 1418 Februar 26.

^a honorem fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^b Wien 5474 int. 2(a) folgt in terris

^c Wien 5474 int. 2(a) propositur

^d potestas collata Wien 5474 int. 2(b) collata potestas

^e et gloriam - fomentum Wien 5474 int. 2(b) etc.

^f et dominum dominum nostrum Wien 5474 int. 2(b) dominum

^g divina providentia fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^h XII Wien 5474 int. 2(b) duodecima

ⁱ voluit tempore durare Wien 5474 int. 2(b) tempore durare voluit

^j quasque Wien 5474 int. 2(b) suasque

^k contradictarum fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^l sollempniter fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^m est moris *Wien 5474 int. 2* moris est

ⁿ mensis *fehlt Wien 5474 int. 2(b)*

RESERVATIO BENEFICIORUM ECCLESIASTICORUM COMPREHNSA IN CONSTITUTIONE „AD REGIMEN“^a.

OT 1 (2): In primis etiam^b nonnullorum suorum predecessorum, donec super his aliud ordinandum duxerit, inherendo vestigiis reservationes fecit illis similes, que in constitutionibus felicis recordationis Benedicti pape XII predecessoris sui, que incipit „Ad regimen“¹ continentur, ubicumque prelature, dignitates et beneficia ibidem comprehensa vacaverint^c.

¹ *Extravag. Com. 3.2.13.*

^a Reservatio - regimen *fehlt Wien 5474 int. 2(b)*

^b etiam *fehlt Wien 5474 int. 2(b)*

^c que - vacaverint *Wien 5474 int. 2(b)* etc.

OT 2. BENEFICIA IN OBEDIENTIA BALTHASARI DE COSSA, PETRI DE LUNA ET GREGORII XII RESERVATA REMANENT AFFECTA.

Item declaravit quecumque et qualiacumque canonicatus et prebendas, prioratus, preposituras, dignitates, personatus et officia ac alia beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura in Balthasaris Iohannis XXIII, Petri de Luna Benedicti XIII et Angeli Corario Gregorii XII olim nuncupatorum obedientiis per contententes de papatu inibi reservata ac etiam, que dictus Petrus tempore, quo de huiusmodi papatu contendere inciperet, obtinebat, que videlicet tempore ac occasione subtractionis obedientiarum eorundem ipsis Balthasari, Petro et Angelo in generali Constantiensi vigente concilio facte vacabant et de quibus per eos non fuerat dispositum, remansisse et remanere per huiusmodi reservationem et decretum affecta nullumque de illis sive etiam de cathedralibus ecclesiis vel monasteriis eorundem contententium ordinationi et dispositioni reservatis et tempore ac occasione subtractionis huiusmodi vacantibus preter Romanum pontificem ea vice potuisse sive posse disponere vel se intromittere quoquo modo, ac decrevit irritum et inane etc.

OT 3. RESERVATIO DIGNITATUM MAIORUM ET PRINCIPALIU IN PARTIBUS ITALIE, UBI REFORMATIO FACTA NON FUIT.

Item, predicta die¹, reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates maiores in cathedralibus post pontificales et principales in collegiatis ecclesiis ac prioratus et preposituras conventuales nec non preceptorias generales ordinum quorumcumque et quecumque beneficia, que sui et sancte Romane ecclesie cardinalium familiares continui commensales obtinent et in posterum obtinebunt^a.

¹ (1418 Februar 26).

^a *Layoutendnote*

OT 4. RESERVATIO BENEFICIORUM IN URBE.

Item, eadem die¹, reservavit generaliter dispositioni sue quecumque canonicatus et prebendas ac dignitates, personatus et officia ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura in basilica principis apostolorum nec non sancti Iohannis Lateranensis ac beate Marie maioris de Urbe ecclesiis tunc vacantia et in antea vacatura^a.

¹ (1418 Februar 26).

^a *Layoutendnote*

OT 5. LEGATI DE LATERE ETIAM NON POSSUNT DISPONERE DE BENEFICIIS RESERVATIS.

Item, eadem die¹, declaravit quoscumque etiam de latere sedis apostolice legatos, quavis etiam super hoc hactenus auctoritate sive facultate munitos, post huiusmodi eius assumptionem non potuisse sive in antea posse disponere quomodolibet de beneficiis dispositioni sedis apostolice generaliter reservatis, decernens irritum etc.^{a2}.

¹ (1418 Februar 26).

² *Vgl. VI 1.15.3.*

^a *Layoutendnote*

ME 1. Die secunda aprilis anno tertio¹, dominus noster voluit et declaravit, quod reservatio huiusmodi generalis extendatur dumtaxat ad archipresbiteratus ac canonicatus et prebendas in ecclesiis predictis. Alia autem beneficia sive officia sub reservatione huiusmodi non veniant neque includantur^a.

¹ 1420 April 2.

^a *Layoutendnote*

OT 6. REVOCATIO GRATIARUM EXPECTATIVARUM BENEDICTI XIII.

Item, XIII kalendas decembris pontificatus sui anno primo¹, revocavit omnes gratias expectativas Petri de Luna Benedicti XIII nuncupati in sua obedientia^a, que non sunt sortite effectum.

¹ 1418 November 18.

^a in sua obedientia fehlt *Wien 5474 int. 2*

OT 7. REVOCATIO UNIONUM, QUE NON SUNT SORTITE EFFECTUM.

Item, eadem die¹, revocavit omnes uniones quacumque auctoritate factas, que nondum suum fuerunt sortite effectum^a.

¹ (1418 November 18).

^a *Layoutendnote*

OT 6A. REVOCATIO GRATIARUM EXPECTATIVARUM IOHANNIS XXIII.

Item revocavit omnes gratias expectativas olim Iohannis XXIII, kalendas februarii die VIII anno primo¹, que non sunt sortite effectum^a.

¹ 1418 Januar 25.

^a *Layoutendnote*

OT 8. QUORUM PREDECESSORUM SUORUM REGULAS UTI VELIT.

In primis voluit et ordinavit idem dominus noster, quod omnes et singule Iohannis XXII et Benedicti XII, Clementis VI, Innocentii VI, Urbani V et Gregorii XI predecessorum suorum ordinationes et regule in Cancellaria apostolica salvis infrascriptis firmiter observentur, que ordinationes et regule infra etiam sequuntur.

De expectativis**OT 9. LITTERE SUPER PETITIONIBUS IN ROTULIS NON EXPEDIANTUR, NISI DE EXPECTATIVIS.**

Item voluit et ordinavit, quod per signaturam quamcumque in rotulis super expectativis gratiis generaliter pro tempore factam super quibusvis petitionibus inibi contentis, nisi seor-

sum sufficienter signate appareant, littere alias quam super huiusmodi expectativis nullatenus expediantur etc.

OT 10. EXCEPTIO IN EXPECTATIVIS DE DIGNITATIBUS.

Item voluit et ordinavit, quod in quibuslibet expectativis gratiis dignitates in cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis ecclesiis principales ac in regularibus prioratus et dignitates conventuales et preceptorie generales semper excipiantur, non obstante quacumque signatura etiam motu proprio facta, nisi specialiter in ea de maiori dignitate vel principali aut conventuali seu preceptoria generali concedantur.

OT 11. AD QUOT BENEFICIA LITTERE EXPECTATIVE PRO QUOLIBET EXPECTANTE^a DEBE[..].

Item voluit et ordinavit, quod salvis regulis infrascriptis per quamcumque signaturam gratie expectative in rolulo vel extra appositam etiam pro quocumque ad unum dumtaxat beneficium et unicam collationem vel de canonicatu sub expectatione prebende alicuius ecclesie, si petatur, littere concedantur, sed pro idoneis, ut infra, poterit addi de dignitate, personatu, administratione vel officio ecclesie, in qua petunt de huiusmodi canonicatu sub expectatione prebende. In Italia tamen petentibus duo dentur beneficia et totidem collationes, etiamsi unum illorum dumtaxat canonicatus et prebenda ecclesie cathedralis existat. Verum ubicumque petens simpliciter ad beneficia, ut supra, idoneus habeat, etiamsi canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, administratio vel officium in cathedrali etiam in metropolitana aut collegiata ecclesia fuerit^b. Aliis autem detur, etiamsi in ecclesia cathedrali existat ac canonicatus et prebenda alterius quam ipsius cathedralis ecclesie seu officium ubicumque fuerit. Et omnibus istis et in qualibet ecclesiarum predictarum canonicatus et preben(da) cum prestimoniis et prestimonialibus precariis portionibus nec non oblegiis, aditamentis, ferculis, supplementis et similibus unius tantum ipsius ecclesie canonici quomodolibet vacant(ibus) vel vacatur(is), quorum fructus etc., si impetrans^c doctor vel licentiatus in aliquo iure cum rigore examinis aut in theologia saltem formatus baccalarius fuerit, LX alias XXX librarum Turonensium parvorum vel totidem in alia moneta secundum taxationem decime non excedant, pro uno beneficio veniant, si ad hoc eorum petitiones se extendant.

^a expectante *Wien 5474 int. 2* expectantis

^b fuerit *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c impetrans *Wien 5474 int. 2* imparat

OT 12. DE TAXA PONENDA PRO DOCTORIBUS ETC. IN ITALIA.

Item voluit et ordinavit, quod, ubicumque littere expediantur in expectativis pro magistris, licentiatis, baccalariis formatis in theologia et doctoribus in iure canonico vel civili tam secularibus quam regularibus ad unum beneficium tantum, cuiuscumque taxe fuerit, vel de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitatis, personatus, administrationis vel officii etc., ut supra, cathedralis vel collegiate ecclesie, si petatur. Si vero signatura suffragetur eis ad duo vel ad plura, detur taxa in universo ad centum et ad L libras Turonensium parvorum vel totidem in alia moneta secundum taxationem decime.

OT 13. DE TAXA IN FRANCIA ET HISPANIA PRO MAGISTRIS.

Item in partibus Gallicanis ac per totam Hispaniam, sive^a signatura ad unum vel ad plura beneficia^b se extendat, detur magistris in medicina et in iure canonico vel civili, licentiatis cum rigore examinis in beneficiis secularibus in locis, in quibus antiqua taxatio decime ad illius medietatem est reducta, si cum cura, octuaginta, si sine cura, LX. Ubi vero talis reductio non est, si cum cura, centum et viginti, si vero sine cura fuerit, octuaginta librarum Turonensium parvorum secundum taxationem antedictam.

^a sive *Wien 5474 int. 2* sine

^b beneficia *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 13 (2) DE TAXA, UT SUPRA, PRO ALIIS GRADUATIS VIDELICET BACCALARIIS AC SINE RIGORE EXAMINIS LICENTIATIS IN ALIQUO IURE AC <IN> ARTIBUS MAGISTRIS.

Item, quod in theologia non formati ac iure canonico vel civili baccalarii^a nec non in medicina ac sine rigore examinis in aliquo iure licentiati et in artibus magistri habeant in locis, in quibus est antique taxationis reductio, si cum cura, LX et, si sine cura, XL. In aliis autem, si cum cura, centum et, si sine cura fuerit, LXX librarum Turonensium parvorum secundum taxationem eandem.

^a baccalarii *Wien 5474 int. 2* baccalariis

OT 13 (3) DE TAXA ETC. PRO SIMPLICIBUS.

Item ceteri seculares^a habeant in locis reductionem habentibus, de quo supra, si cum cura, XL et, si sine cura fuerit, XXX; et in aliis, si cum cura, LX et, si sine fuerit, XL librarum Turonensium similium.

^a *seculares Wien 5474 int. 2 von anderer Hand über regulares*

OT 13 (4) DE TAXA REGULARIUM.

Item regulares non graduati, ut supra, habeant in locis cum reductione premissa LX et in aliis octuaginta librarum Turonensium similium secundum taxationem antedictam.

OT 13 (5) DE TAXA IN ALAMANIA, SCOTIA ET HIBERNIA.

Item seculares non graduati taxam habeant in Alamania, Scotia et Hibernia, si cum cura, XXV et, si sine cura, XVIII. In Anglia vero, si cum cura, XL et, si sine cura, XXX; regulares autem XXX marcharum etc.

OT 13 (6) DE TAXA IN ITALIA.

Item in Italia detur, si cum cura, LX, si autem sine cura, XL florenorum auri secundum taxam prelibatam.

OT 13 (7) DE TAXA IN FORMA PAUPERUM.

Item in forma pauperum detur in locis Gallicanis cum reductione prescripta, si cum cura, XXV et, si sine cura, XV; et in aliis locis, si cum cura, L et, si sine cura, XXX; et in Hispania et in Aragonia, si cum cura, XL et, si sine cura, XXV librarum Turonensium parvorum; in Alamania, si cum cura, XX et, si sine cura, XV; in Anglia vero, si cum cura, XXX et, si sine cura, XX marcharum; in Italia vero, si cum cura, XXX et, si sine cura, XXV florenorum auri.

OT 14¹. DE CANONICAT(U) ET PREBEND(A) DANDIS IN PARTIBUS GALLICANIS.

Item voluit et ordinavit, quod in partibus Gallicanis in expectativis nulli detur ad canonicatus et preben(das) ecclesiarum cathedralium nisi magistris in theologia, doctoribus et licentiatis cum rigore examinis in iure canonico vel civili, magistris in medicina, licentiatis et bacalariis in theologia, magistris in artibus, qui per septennium post magisterium in artibus rexerint vel in theologia huiusmodi tam diu studuerint, apostolice sedis officialibus apud eandem sedem suis officiis actu pro tempore insistentibus, domini nostri pape, cardinalium, imperatoris, regum et ducum nepotibus et consanguineis ac nobiles magnis dumtaxat exceptis. Aliis vero ad huiusmodi canonicatus et preben(das) petentibus detur de be-

¹ *Auch gedruckt Bulaeus, Historia universitatis parisiensis 5 S. 328.*

neficio cum cura vel sine cura, prout capaces fuerint, etiamsi canonicatus et preben(da) alterius quam cathedralis ecclesie existat, ad integram collationem etc. utpote archiepiscopi vel episcopi et capituli singulorumque canonicorum et personarum etiam dignitates etc. obtinentium ecclesie, in qua ad prebendas petebant^a se admitti.

^a petebant *Wien 5474 int. 2* petebat

OT 15. NULLUS PONETUR LOCO SUI IN ROTULIS EXPECTATIVARUM.

Item voluit et ordinavit, quod nullus in rotulis gratiarum expectatarum datas et ordinatas habentibus possit aliquem ponere loco sui.

OT 16. HABENTI AD OMNES COLLATORES DATUR UNA COLLATIO.

Item, quod petenti ad cuiuscumque seu quorumcumque collationem vel ad plures collationes aut ecclesias disiunctive detur dumtaxat una collatio vel ecclesia ex petitis clausulis videlicet quam verisimiliter habuisset, si eam in sua petitione specificasset. Voluit autem, quod, si plures persone gratias expectativas in eadem supplicatione petierint, littere pro primo dumtaxat expediantur et alii careant omnino petitis etc.

OT 17. DE CANONICATIBUS ET PREBENDIS CERTARUM ECCLESiarUM IN GALLIA.

Item voluit et ordinavit, quod in Parisiensi¹, Rothomagensi², Tornacensi³, Cameracensi⁴, Baiocensi⁵, Narbonensi⁶, Remensi⁷, Ambianiensi⁸ et Leodiensi⁹ ecclesiis nulli detur ad canonicatus et prebendas in^a rotulis expectativis quibuslibet, in theologia et medicina magistris ac doctoribus et cum rigore examinis in aliquo iure licentiatis, fratribus, nepotibus et consanguineis germanis dominorum cardinalium et magnis nobilibus ac officialibus sedis apostolice dumtaxat exceptis.

¹ Paris, Île-de-France, Frankreich.

² Rouen, Haute-Normandie, Frankreich.

³ Tournai, Wallonien, Belgien.

⁴ Cambrai, Nord-Pas-de-Calais, Frankreich.

⁵ Bayeux, Basse Normandie, Frankreich.

⁶ Narbonne, Languedoc-Roussillon, Frankreich.

⁷ Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich.

⁸ Amiens, Picardie, Frankreich.

⁹ Lüttich/Liège, Wallonien, Belgien.

^a in VL 4990 ex

OT 18. DECLARATIO „ETIAM RATIONE DIGNITATUM“.

Item voluit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam clausula „Etiam si singuli singula conferre habeant vel etiam ratione dignitatum etc., que extra ecclesiam obtinent“ nullatenus in litteris expectativis concedatur etc.

OT 19. MAGISTRI, DOCTORES ETC. HABEBUNT AR(GENTI) LIBRAS[?] IN POR(TATIS) IN COMPATIBILIBUS BENEFICIIS¹.

Item, quod magistri, doctores, licentiati in iure canonico vel civili ac magistri in medicina nec non licentiati et baccalarii formati in theologia una cum gratiis expectativis quibuscumque obtentis in rotulis vel supplicationibus particularibus possint quecumque beneficia compatible, que obtinent, retinere, dummodo fructus eorum CCC libras Turonensium parvorum vel totidem in alia moneta in portatis non excedant^a.

¹ Auch gedruckt Bulaeus, *Historia universitatis parisiensis* 5 S. 328.

^a Layoutendnote

OT 19¹ (2) ALII A PRECEDENTI HABEBUNT CCL (!) LIBR(AS).

Item, quod in theologia non formati et in iure canonico vel civili baccalarii et magistri in artibus ac licentiati in medicina una cum gratiis expectativis possint quecumque beneficia compatible, que obtinent, retinere, dummodo eorum fructus etc. CC librarum vel totidem in alia moneta in portatis non excedant^a.

¹ Auch gedruckt Bulaeus, *Historia universitatis parisiensis* 5 S. 328.

^a Layoutendnote

OT 19 (3) ALII VERO GRADUATI HABEBUNT ETC., UT PRIUS, C LIB(RAS) ET HABENS V BENEFICIA ECCLESIASTICA VEL ULTRA DIMITTET TOT, QUOT ASSEQUETUR.

Item, quod alii non graduati etiam beneficia, que obtinent, compatible cum eorum gratiis expectativis retinere valeant, dummodo eorum fructus etc. centum libras vel tantumdem, ut supra, in portatis non excedant.

Voluit tamen idem dominus noster, quod, quicumque habeat quinque beneficia vel ultra, quod, si gratiam expectativam ad unum beneficium vacans vel certo modo vacaturum^a seu plura impetret, quod teneatur dimittere tot beneficia de habitis, quot beneficia assequetur - protonotariis, correctoribus litterarum apostolicarum ac contradictarum et sacri Palatii apostolici causarum auditoribus et secretariis nec non domino vicecancellario vel locum eius

tenenti in Cancellarie^b apostolice presidentia assistentibus dumtaxat exceptis -, etiamsi infra summas supra ordinatas comprehendentur, nisi in regnis Sicilie, Trinacrie et in Provincia beati Petri in Tuscia et Marchia Anconitana ac in Urbe et eius districtu.

^a vacaturum *Wien 5474 int. 2 vacaturo*

^b Cancellarie *Wien 5474 int. 2 Cancellaria*

OT 20. HABENTES BENEFICIA POSSUNT IN COMUNI FORMA IMPETRARE.

Item voluit et ordinavit, quod obtinentes beneficia ecclesiastica quecumque vel in eis ius habentes etiam illorum non expresso valor(e) possint in communi forma impetrare, dummodo per petitorum assecutionem pacificam obtenta ac ius huiusmodi realiter dimittendo.

OT 21. IMPETRANS TENETUR FACERE MENTIONEM DE OMNIBUS BENEFICIIS, QUE HABET ET IN QUIBUS IUS HABERE CREDIT.

Item voluit et ordinavit, quod in gratiis beneficialibus quibuslibet per eum quibusvis personis pro tempore faciendis omnium et singulorum beneficiorum, que per eos, etiamsi motu proprio fiant, concedantur et in aliis nihilominus obtentorum et de quibus vacantibus vel certo modo vacaturis impetrantibus provisum ac provideri mandatum vel concessum extiterit, nisi ipsi impetrantes ea forsitan dimittere maluerint vel alias propter eorum incompatibilitatem dimittere tenerentur, verus valor in moneta quacumque secundum estimationem communem exprimatur, alias littere super gratiis huiusmodi nullatenus conficiantur. Placet tamen domino nostro, quod etiam unacum hoc persone ipse, si voluerint, possint specificare vel exprimere, quantum huiusmodi beneficia in portatis etiam cotidianis distributionibus computat(is) ‹valent›, ita tamen quod quelibet expressio per se et disiunctim fiat^a, et sub generali clausula in petitionibus plerumque poni solita „Non obstan(tibus) gratia expectativa seu dispensatione super obtinendis incompatibilibus^b in Cancellaria apostolica exprimend(is)^c in litteris super huiusmodi petitionibus conficiendis“ quis ultra duo beneficia pro qualibet dispensatione et gratia huiusmodi nequeant explicare, quod, si ad plura ipsa gratia vel dispensatio se extendat, petitiones iste omni penitus careant effectum.

^a Placet - fiat *fehlt VL 4990*

^b incompatibilibus *Wien 5474 int. 2 incompatibilibus*

^c exprimend(is) *Wien 5474 int. 2 obtinend(is)*

OT 22. MAIOR PREBENDA, UBI EST DISTINCTIO PREBENDARUM, NON VENIT, NISI SEORSUM CONCEDAT ETC.

Item voluit et ordinavit, quod, si aliqui in expectativis gratiis petant statutis et consuetudinibus ecclesiarum, quibus cavetur, quod nullus inibi de minoribus prebendis ad potiores sive ad maiores prebendas ascendat, derogari, littere cum clausulis derogationis huiusmodi nullatenus expediantur, nisi eam ipsius domini nostri pape signatura importet expresse vel ad partem concedatur clausula antedicta.

De vacantibus

OT 23. PER „FIAT“ VENIT UNUM, „PROUT PETITUR“ DUO, DUMMODO ETC.

Item voluit et ordinavit, quod in gratiis beneficialibus de vacantibus aut certo modo vacaturis factis quibuslibet, si plura petantur beneficia, unum cuiuscumque annui valoris per simplicem signaturam, et addito „Ut petitur“, duo vel tria et non ultra petita beneficia veniant, dummodo etiam illorum fructus etc. ultra sexaginta in portatis vel centum librarum parvorum Turonensium^a parvorum communi estimatione sive tantundem in alia moneta non valeant annuatim.

^a Turonensium *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 24. IMPETRANS „SI NEUTRI“ ET ALIAS TENETUR EXPRIMERE LITEM.

Item voluit et ordinavit, quod in quibuscumque gratiis beneficialibus super vacantibus vel vacaturis nulla detur clausula „Generalem reservationem importans“, nisi ex primo vacationis modo inibi dispositive narrato aliqua talis reservatio elici posset expresse, sed alias etiam per simplicem signaturam quocumque veniant omnes modi vacationum et per constitutionem „Execrabilis¹“ nec non clausule devolution(is) et speciales reservation(es) ac de lite inter alios penden(te), si petantur. Collitigantes tamen et hoc etiam alii petentes „Si neutri“ in singulis eorum petitionibus super litigiosis beneficiis quibuslibet de lite, cui se ingerere contendunt, sufficientem faciant mentionem, alias littere super petitionibus ipsis cum huiusmodi expressione litis non expediantur quoquo modo. Una vero reservation(um) ex huiusmodi primo vacationis modo, ut premittitur, elicita, relique petite generalium reservationum clausule concedantur^a.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

^a *Layoutendnote*

ME 2. Item voluit et ordinavit, quod in litteris super quibuslibet gratiis beneficialibus nulla prosus alias quam per constitutionem „Execrabilis¹“ ponatur clausula generale inducens reservationem quamcumque, nisi in huiusmodi gratiarum supplicationibus dispositive specificatam atque expressam, sed una reservatione, ut premititur, expressa et cetere generalium reservationum clausule non veniant, si petantur^a.

¹ = Johannes XXII. Nr. 67B

^a Layoutendnote

OT 25. LITTERE NON CONFICIUNTUR SUPER CONCESSIONIBUS, NISI SINT DATATE.

Item voluit et ordinavit, quod ex quibuscumque petitionibus super novis provisionibus per „Concessum“ pro tempore signandis nulla datur clausula generalem reservationem etiam in primo dispositive aut aliis vacationum modis expressam quomodolibet comprehendens, nisi per dominum vicecancellarium data reperiatur apposita singulis petitionibus antedictis.

OT 26. DE BENEFICIIS DE IURE PATRONATUS.

Item voluit et ordinavit, quod super beneficiis de iure patronatus laicorum quibuslibet, qualitercumque et ubicumque pro tempore vacantibus littere apostolice, nisi in eis, quod illa tanto tempore vacarunt, quod eorum collatio iuxta Lateranensis statuta concilii¹ est legitime devoluta vel quod ipsorum patronorum ad id accedat assensus expresse, ponatur, nullatenus concedantur, nisi ipse dominus noster signaret „Etiam si de iure patronatus laicorum existat“^a.

¹ Concilium Lateranense III. Kanon 8 = COD S. 215.

^a Layoutendnote

OT 27. LITTERE NON EXPEDIANTUR SUPER VACANTE, NISI EIUS? HABEAT COLORATUM TITULUM.

Item voluit et ordinavit, quod, si in aliqua supplicatione petatur beneficium per obitum vel alium modum vacandi in Cancellaria apostolica exprimendum, nequaquam super illa, nisi petens alicui per cum (!) prius habito colorato titulo **in interetur** (!), littere expendantur, sed omni prorsus careant effectu.

OT 28. DE EPISCOPIS TITULARIBUS ET EXPED(ITIONE) LITTERARUM EARUNDEM.

Item voluit et ordinavit, quod in litteris provisionum ecclesiarum titularium ponatur clausula, quod ad ipsas residere in eis teneantur nec possint sine speciali indultu a ipsa pontificalia extra suas civitatem et dioc(esem?) exercere, nec expediantur littere, nisi prius de assignatione provision(is) annue eis aliunde facte usque ad summam CC florenorum auri de camera^a docuerint (!).

^a auri de camera *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 29. SUPER PETITIONIBUS NON DATATIS LITTERE NON EXPEDIANTUR NEC ETIAM SUPER ANTICIPATIONIBUS.

Item, quod, si in aliqua supplicatione de beneficio vacante aut certo modo vacaturo petatur dat(a) anterior, nullatenus ipsa veniat quodque littere super petitionibus, in quibus dat(a) non est apposita, non expediantur, nisi sub dat(a) diei, qua in Cancellaria ponentur.

OT 30. DE CLAUSULA „AD NUTUM REVOCABILE“.

Item voluit et ordinavit, quod, si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum revocabile cum clausula, quod exinde pro solo nutu abbatis vel superior(is) non possint amoveri, littere quoad illam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem dominus noster signaturam ponat, quod non possint amoveri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

De dispensationibus

OT 31. DISPENSATIO NON VENIAT NISI ETC.

Item voluit et ordinavit, quod per quamcumque signaturam petentibus sibi qualitercumque de beneficiis ecclesiasticis etiam cum dispensatione provideri nulla datur dispensatio, nisi per ipsam signaturam expresse concessi appareat vel nisi talis fuerit gratia, que totaliter actum huiusmodi dispensationis concernet, vel sine illa de aliquo operari non posset.

OT 32. GRADUATUS PER „FIAT“ QUATTUOR ETC., ALIIS DUO DANTUR / DE DEFECTU NATALIUM / CLAUSULA, QUOD **NON NARRAT FAVORIS? MENTIONEM**, NON DATUR

Item voluit et ordinavit, quod petentibus secum super defectu natalium, quem patiuntur dispensari, si in aliqua sint licita facultate graduati vel magni nobiles, dentur per simplicem signaturam IIII et addito „Ut petitur“ ultra petita, etiamsi canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores in cathedralibus etiam metropolitanis seu principales in collegiatis^a

ecclesiis fuerint; aliis autem dentur per simplicem signaturam duo et per „Fiat, ut petitur“ quattuor, si tot beneficia petant ecclesiastica quecumque, dummodo canonicatus et prebende in cathedralibus ecclesiis aut dignitates non existant. Circa spurios tamen et expositos ac similes consulatur idem dominus noster vel vicecancellarius, ut maior in illis restrictio servetur. Clausula vero non faciende mentionis de defectu non veniat, nisi seorsum concedatur.

^a collegiatis *Wien 5474 int. 2* collegiis

OT 33. DE DISPENSATIONE AD INCOMPATIBILIA PRO GRADUATIS ET ALIIS.

Item voluit et ordinavit, quod petentibus secum super incompatilibus obtinendis dispensari, si in theologia aut iure canonico vel civili doctores vel cum rigore examinis licentiatii seu magni nobiles fuerint, tunc per simplicem signaturam datur^a quinquennium et addito „Ut petitur“, quoad vixerit, ad duo incompatibilia quecumque. Aliis vero cedat per simplicem signaturam annus et per „Fiat, ut petitur“ biennium, etiamsi ad duo dumtaxat ex huiusmodi incompatilibus, dummodo tamen illa in cathedralibus maiores post pontificales vel collegiatis ecclesiis principales dignitates seu parochiales ecclesie insimul aut tales mixtim non fuerint, et cum potestate permutandi, si petatur. Poterit tamen vicecancellarius vel eius locumtenens pro tempore circa personas alias in licita facultate quacumque etiam minus graduatatas superiorem restrictionem de huiusmodi dignitatibus et parochialibus ecclesiis per illas alias, ut premittitur, insimul retinendis moderare personarum earundem nec non locorum pensata qualitate.

^a datur *VL 4990* detur

De beneficiis parvis

OT 34. DISPENSATIO SUPER DEFECTU ETATIS.

Item voluit et ordinavit, quod pro nullo, nisi saltem vicesimum secundum sue etatis annum attingat, expediantur littere beneficiales, quod beneficium quodcumque cum cura vel etiam pro minori decem et septem annorum complete, quod dignitatem vel personatum etiam sine cura valeat obtinere.

OT 35. DE NON PROMOVENDO.

Item voluit et ordinavit, quod secum dispensari petentibus, ut ratione ecclesiasticorum beneficiorum curatorum aut alias ex^a privilegio, statuto vel consuetudine sacros ordines requirentium ad ordines, quos huiusmodi beneficia requirunt, vel aliquem ex illis se non teneantur facere promoveri, si in Romana curia vel in generali studio residere voluerint, per signaturam simplicem detur quinquennium, et si additur „Ut petitur“, detur septennium, alibi vero residendo ex quacumque signatura quinquennium dumtaxat concedatur; hoc tamen semper adiuncto, quod saltem infra annum a tempore dat(e) dispensationis huiusmodi in subdiaconos sint promoti.

^a ex *Wien 5474 int. 2* etiam

OT 36. FILIUS NON SUCCEDIT PATRI IN BENEFICIO.

Item voluit et ordinavit, quod de cetero etiam per signaturam quamcumque nulli, cuiusvis dignitatis, gradus vel conditionis existat, ut suo genitori in beneficiis immediate succedere vel in ecclesiis, in quibus ipse genitor beneficiatus extitit, beneficia obtinere valeat, littere quomodolibet concedantur.

De fructibus percipiendis

OT 37. DE FRUCTIBUS PERCIPIENDIS.

Item voluit et ordinavit, quod petentibus sibi de suorum beneficiorum fructibus in absentia responderi, si in curia Romana vel in studio generali, per signaturam quamcumque quinquennium et addito „Ut petitur“ septennium, in altero vero suorum beneficiorum residere volenti triennium dumtaxat concedatur etc.

De indulgentiis

OT 38. DE INDULGENTIIS DECEM ANNORUM.

Item voluit et ordinavit idem dominus noster, quod indulgentie per eum deinceps concedende, sive per „Fiat“ signentur sive per „Concessum“, visitantibus videlicet ecclesias vel alia pia loca seu illis eleemosinas etiam ad fabricam etc. alias porrigentibus durent dumtaxat per decem annos. Et dentur solum festivitates sequentes videlicet septem domini nostri et IIII beate virginis Marie, Iohannis Baptiste, beatorum Petri et Pauli apostolorum, celebritas Omnium sanctorum nec non sanctorum vel sanctarum, sub quorum vocabulo ecclesie sive loca huiusmodi sunt fundata, in dedicatione earundem ecclesiarum et lo-

corum ac etiam octavis dictarum festivitatum octavas habentium. Et ponatur clausula „Volumus, quod, si alias“ etc. Si tempus indulgentiarum adhuc dureret, voluit tamen, quod, si in aliqua indulgentia pro una tantum die anni petita fuerit, non apponentur festa predicta ipsaque indulgentia in perpetuum duret.

OT 39. DE CLAUSULA ADDENDA IN LITTERIS INDULGEN(TIARUM) / INDULGEN(TIE) AD INSTAR.

Item voluit et ordinavit, quod, si aliquae indulgentie pro ecclesiis, hospitalibus aut piis locis ad instar aliarum indulgentiarum aliis ecclesiis vel locis concessarum petantur, si non plene specificate fuerint, littere super illis non expendantur.

OT 40. PRO CATHEDRALIBUS ET INSIGNIBUS LOCIS FIAT (!) 3 ANNI, ALII DUO. PRO ALIIS 4 ETC.

Item voluit et ordinavit, quod in litteris apostolicis super indulgentiis per ipsum deinceps concedendis personis visitantibus ecclesias seu alia loca pia vel ad eorum reparationem seu fabricam manus porrigentibus adiutrices aut inibi pias elemosinas erogantibus, si supplicatio signata fuerit per „Fiat O¹“, si ecclesia cathedralis vel insignis collegiata aut sollemne monasterium fuerit, tres, alioquin duo anni et totidem quadragene et, si per „Fiat, ut petitur“ pro cathedrali aut collegiata ecclesia aut monasterio huiusmodi, IIII, alioquin tres anni et totidem quadragene, licet plures petantur. Pro singulis vero diebus^a octavarum festivitatum consuetarum et pro capellis vero tantummodo centum dies apponantur.

¹ *Martin V. signierte die Suppliken mit O, vgl. BRESSLAU, Handbuch 2 S. 105.*

^a *diebus fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 41. LITTERE INDULGEN(TIARUM) CARDINALIUM EXPEDI(ENDE) NON DENTUR NEC A PENA NEC A CULPA.

Item voluit et ordinavit, quod deinceps aliquae littere super concessione indulgentiarum huiusmodi aut etiam „A pena et a culpa“ pro quibuscumque personis sub sigillis cardinalium seu alterius cuiuscumque non expendantur, quod, si secus fiat, eo ipso sunt nulle, et in litteris apostolicis super illis conficiendis ponatur clausula ieiunii.

De diversis formis

OT 42. QUI DICIT SE FAMILIAREM ALICUIUS ETC. DEBET FUISSE CLERICUS PER DUOS MENSES ANTE DAT(AM) GRATIE ETC.

Item voluit et ordinavit, quod omnes et singule beneficiales gratie quorumcumque, qui consilarii, secretarii, officiales aut familiares cardinalium, regum, ducum, comitum, principum seu aliorum quorumlibet in petitionibus pro illis pro tempore porrectis asseruntur, nisi realiter tempore dat(e) petitionum huiusmodi et antea per duos menses integros tales extiterant, nullius sint roboris vel moment. In litteris super huiusmodi petitionibus conficiendis de mensibus eisdem, ut premittitur, mentio habeatur expressa.

OT 43. CARDINALIS NON HABET BENEFICIUM, CUIUS VALOR INFRA LXX LIBRARUM TURONENSIVM IN (!).

Item voluit et ordinavit, quod nullus ex dominis sancte Romane ecclesie cardinalibus vigore cuiuscumque gratie expectative etiam motu proprio et sub quacumque forma vel expressione verborum concessisse hactenus vel in posterum concedende possit aliquam dignitatem in cathedrali post pontificalem maiorem aut in collegiata ecclesia principalem seu parochialem ecclesiam vel prioratum seu aliam dignitatem conventualem vel preceptoriam generalem aut officium claustrale seu etiam quodcumque aliud, cuius fructuum valor ad summam septuaginta librarum Turonensium parvorum vel alterius equivalentis monete in portatis non ascendat, beneficium ecclesiasticum acceptare seu sibi de illa vel illo facere provideri ipsaque acceptatio et provisio, si fiant, nullius sint momenti vel roboris.

ME 50 (*nach Tübingen 439*).

Item, quod alii presumpte fraudes evitentur, voluit et ordinavit, quod nullus possit beneficium quodcumque et qualecumque vigore vel sub obtentu cuiuscumque gratie expectativa (!) sibi facte litteris super ea non confect(is) acceptare, quod, si secus fiat, huiusmodi acceptationes non valeant nec per eas aliquod preiudicium cuique alteri generetur.

OT 44. EXPECTANS INFRA MENSEM VACATIONIS ACCEPTABIT ET DEINDE INFRA MENSEM FACIET SE PROVIDERI ETC.

Item voluit et ordinavit, quod quicumque vigore gratiarum expectatarum acceptaverit quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebende ac dignitates, personatus vel officia seu administrationes fuerint, teneantur et debeant infra unius mensis spatium a tempore huiusmodi acceptationis computandum de huiusmodi beneficiis per eos, ut prefertur, acceptatis sibi per suos executores vel subexecutores facere provideri, alioquin lapsa dicto mense huiusmodi ac-

ceptiones per eos facte et quecumque inde secuta quoad numerum et qualitatem beneficiorum, que acceptationes concernerent vel concernere possent, eo ipso sunt casse et irritae nulliusque roboris vel momenti et quod infra tres menses ex tunc immediate sequentes teneantur huiusmodi acceptationes et provisiones in loco beneficii publicare, alias gratia et acceptatio et provisio huiusmodi sint nulle.

OT 45. ACCEPTATIONES ETC. NON CONFECTIS LITTERIS NON VALENT.

Item voluit et ordinavit, quod omnes et singule acceptationes de beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus quibuslibet in vim concessionum gratiarum expectatarum litteris apostolicis super eis non confectis per quosvis faciende nullius existant roboris vel momenti.

OT 46. CONSTITUTUS IN IX VEL X ANNO TENETUR FACERE MENTIONEM ETC. DE ETA[TE].

Item voluit et ordinavit, quod, si ipse faceret gratiam de beneficiis sine cura vel de canonicatu sub expectatione prebende alicuius ecclesie alicui constitutio in nono vel in decimo sue etatis anno tacito de huiusmodi etate, gratia ipsa sit nulla; et idem in vacantibus vel certo modo vacaturis.

OT 47. DE CLAUSULA „SUPPLENS OMNES DEFECTUS“

Item voluit et ordinavit, quod in litteris super confirmatione cuiusvis unionis, compositionis, transactionis vel alterius contractus clausula „Supplens defectum“, si quis in eis intervenierit, nullatenus concedatur, nisi ipsi defectus essent in petitione specialiter expressi vel illa per „Fiat, ut petitur“ fuerit signata.

OT 48. DE CAPELLANATU.

Item, cum execrabilis potissime alias in Dei ecclesia stirpato schismate pluribus solius presidentis oculo conquiescente ordine turbato relictis, nonnulli clerici et ecclesiastice persone seculares et regulares etiam mendicantium et aliorum ordinum diversorum superstitionis et ambitionis velamine deveci pro suorum ordinariorum ac superiorum victura tamen potiori calcanda ac subterfugienda obedientia in sedis apostolice capellanos recipi ac super huiusmodi litteris eiusdem sedis camerarii processus, ecclesiasticas censuras atque penas continentes fieri procurarunt, propterea ab eorundem superiorum atque ordinariorum iurisdictione pretendentes penitus se **exemptos**, unde rerum experientia attestante

magistra licentie laxato freno nonnulla per illorum aliquos commissa excessus et crimina preterirent detestabiliter impunita, idem dominus noster super his providere attendens voluit, ordinavit atque decrevit, quod tales recepti hactenus et in antea importunitate forsitan impellen(te) per eum suis litteris etiam desuper decernend(is) processibus in similes capellanos recipiendi, nisi magistri et baccalarii formati in theologia sive doctores et licentiati in iure canonico vel civili fuerint, adversus quos virtutum redimentibus studiis similis ambitionis suspicio non respondet, pretextu litterarum et receptionis earundem ab huiusmodi iurisdictione superiorum et aliorum ordinariorum prefatorum nullatenus censeantur exempti, sed libere per illos iuxta canonicas sanctiones corrigi possint et debeant perinde in omnibus et per omnia, ac si littere et processus huiusmodi, quorum etiam in hoc vigorem^a et subsistentiam protinus ademit, nullatenus emanasse.

^a vigorem *Wien 5474 int. 2* vigore

OT 49. DE LITERIS CAPELLANATUS.

Item voluit et ordinavit, quod gratie de cappellanatu apostolice sedis quibuscumque personis concedende, nisi constet seu constare possit de earundem personarum expresso consensu, nullius existant roboris vel momenti.

OT 50. DE SUBSCRIPTIONE LITTERARUM IN BULLA ET REGISTRO.

Item, quod in quibuscumque litteris super gratiis beneficialibus in bulla per unum ex lectoribus scribantur in plica littere post taxam dies, mensis per kalendas, nonas vel idus et deinde in registro scribantur^a dies, mensis et annus modo simili et huiusmodi littere de registris tradantur parti et quod super hoc lectores et registratores et eorum clerici prestant in manibus vicecancellarii iuramentum et quod huiusmodi scriptura stetur et plena fides adhibeatur in iudicio in Romana curia et extra etc.

^a scribantur *Wien 5474 int. 2* scribatur

OT 52. HOSPITALIA ETC. NON VENIUNT SUB GRATIA EXPECTATIVA.

Item voluit et ordinavit, quod littere expectative super hospitalibus, leprosariis, xenodochiis et aliis piis locis, que pro hospitalitate tenenda sunt fundata, de cetero nullatenus expediuntur, nisi talia sint, que ex sua fundatione consueverunt in titulum perpetui beneficii ecclesiastici assignari.

OT 51. BENEFICIA RESERVATA NON CADUNT SUB GRATIA EXPECTATIVA.

Item voluit et ordinavit, quod nullus vigore gratie expectative ab ipso impetrare vel impetrande possit acceptare beneficia dispositioni sue vel sedi apostolice quomodolibet reservata, etiamsi expectans habeat clausulam in genere vel in specie, quod beneficia huiusmodi acceptare possit et de illis sibi facere provideri aut quid simile in effectu.

OT 53. Item voluit et ordinavit quascumque renuntiationes, resignationes, cessiones et dimissiones de cetero fiendas per quoscumque, quos ad aliquam prelaturam promoveri vel assumi contigerit, de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus curatis et non curatis, etiamsi canonicatus, prebende, dignitates, personatus et officia aut alia^a quecumque et qualiacumque existant, sive simpliciter seu ex causa permutationis aut quavis alia in Romana curia vel extra in quorumcumque manibus vel alias quovis modo inter ultimam vacationem prelature huiusmodi et diem assumptionis seu promotionis sue ad eandem cum omnibus secutis et sequentis exinde fore nullas, invalidas et inefficaces, nulla, invalida et inefficacia et nullius roboris vel momenti et pro infectis haberi.

^a alia *Wien 5474 int. 2* alias

OT 54. RESIGNATIO PER ILLUM, QUI INFIRMATUR, FACTA, ET INFRA XX DIES MORITUR EX POST, NON VALET.

Item, quod, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium ubicumque etiam sive in Romana curia sive extra ex causa permutationis vel simpliciter et postea infra viginti dies de illa infirmitate decesserit, talis resignatio non valeat et sit omnino irrita cum secutis ex eadem, et tale beneficium censetur vacare per obitum ipsius resignantis.

OT 55. DE.. VACATIONIS BENEFICII ET TEMPUS, QUO IPSA VACATIO AD PAPAM DEVENERIT, DEBET ESSE TEMPUS VERISIMILE.

Item, ut in habendis beneficiis ecclesiasticis fraudes evitentur, servetur consci(enti)e puritas et ambitionis via precludatur, idem dominus noster declaravit, statuit, voluit et ordinavit, quod quecumque gratie de quibusvis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura vacantibus tamquam per obitum quibusvis personis deinceps sub quacumque dat(a) faciende, nisi tempore dat(e) gratiarum huiusmodi notitia vacationum expositarum in gratiis ipsis de locis, apud que tunc vacaverint, ad dicti domini nostri veri-

similiter potuerit devenire^a, gratie ipse et quecumque inde secuta nullius existant roboris vel momenti.

^a *Wien 5474 int. 2 folgt notitiam*

OT 56. IN UNIONIBUS EXPRIMITUR VALOR UTRIUSQUE BENEFICII ETC. ET COMMITTITUR AD PARTES.
/ IDEM IN CONFIRMATIONIBUS UNIONUM.

Item voluit, et ordinavit ac mandavit, quod de cetero quicumque impetrantes aliqua beneficia ecclesiastica uniri vel incorporari cathedralibus vel collegiatis ecclesiis seu monasteriis aut mensis^a episcopalibus seu abbatialibus aut quibuscumque aliis beneficiis tales impetrantes teneantur exprimere verum valorem secundum communem^b estimationem tam beneficii sic uniendi quam etiam ecclesie, monasterii aut mense seu etiam alterius beneficii, cui unio ipsa fieri debeat, alioquin huiusmodi uniones non valeant et littere super eis non expediantur. Et in talibus unionibus semper fiat commissio ad partes. Et oneretur conscientia illorum, quibus committantur. Et idem voluit observari, quando impetratur confirmatio unionis iam facte.

^a mensis *Wien 5474 int. 2 mensibus*

^b communem *Wien 5474 int. 2 quem*

OT 57. CLERICUS CORAM IUDICE SECULARI CLERICUM NON CONVENIT.

Item, cum clerici et ecclesiastice persone, qui suas causas et querelas in his videlicet, que de iure vel de consuetudine spectant ad forum ecclesiasticum, eo temere derelicto secularibus iudiciis submittere seu partes sibi adversas ad forum de iure vetitum convenire vel trahere presumant, gravibus perinde penis tam spiritualibus quam secularibus etiam iure disponente **alligerentur**, quod tamen eorum plerique non sine proprie salutis periculo dare videntur sepius tamen in contemptum, idem dominus noster voluit et ordinavit, quod quicumque ex clericis et personis eisdem de cetero talis presumptionis reus extiterit, nisi hoc in quibuscumque concessionibus, dispensationibus et gratiis per eum a domino nostro impetrandis adeo specialem et expressam mentionem faciat, quod inde sibi super hoc oportune provideri valeat pro sue cautela salutis, eo ipso omni modo^a careat earundem, ipse concessionibus, dispensationibus et gratiis totaliter inefficaces nulliusque roboris vel momenti existant et nihilominus pene canonum contra tales locum habeant ac etiam declarentur.

^a modo *Wien 5474 int. 2 commodo*

OT 58. CAUSE CARDINALIUM APUD SEDEM APOSTOLICAM ETC. TRACTABUNTUR IN CURIA.

Item, ne de cetero domini cardinales aut persone apud sedem apostolicam Romanamve curiam aut cardinales eosdem familiaritatem officium vel incolatum habentes ab illis, ut quandoque contingit, occasione vel pretextu beneficialium litium distrahantur, idem dominus noster voluit, ordinavit et mandavit, quod omnes et singule cause^a beneficiales contra quoscumque ex cardinalibus seu personis eisdem aut per eos quibuslibet personis de cetero movende, etiamsi de sui natura ad dictam curiam legitime devolute seu in ea tractande non fuerint, apud sedem predictam dumtaxat, apud quam competens quoad id forum pateat eisdem, terminari, ventilari et finiri debeant nec in illis aliquis ex cardinalibus vel personis eisdem alibi conveniri possit invitus, quod, si forsitan aliquos processus in contrarium fieri contingat, ipsi cum omnibus inde secutis irriti prorsus habeantur et inanes, non obstantibus privilegiis et indulgentiis apostolicis et aliis contrariis quibuscumque.

^a cause *Wien 5474 int. 2* tunc

De iustitia

OT 59. Item voluit et ordinavit, quod appellans quicumque procuratorio nomine a quavis sententia in Romana curia pro tempore lata scilicet in exhibitione mandati sufficienter super hoc, de quo se docere proponit, iudici appellation(is) huiusmodi facienda infra tempus sibi per ipsum iudicem super hoc statuendum defecerit, quamvis ille, pro quo huiusmodi appellatio interposita extitit, postmodum approbaret eandem, nisi de convictis personis sit vel aliam legitimam excusationem alleget, per eundem iudicem falsi procur(atoris) pena **percellatur** vel a procuratoris officio in Romana curia prefata perpetuo vel ad aliquod tempus longum, sicut ipsi iudici videbitur, repellatur seu in viginti et citra non tamen X^a descendendo (!) floren(or)um auri summa pro una in capella auditoris causarum apostolici Palatii et alia medietatibus in pauperum usus convertenda multetur, nullo sibi super hoc appellationis diffugio quomodolibet pro futuro.

^a X fehlt *Wien 5474 int. 2*

OT 60. IUDEX NON SURROGABAT ETC., NISI SIBI CONSTITERIT DE COLORATO TITULO SURROGA(N)TIS.

Item voluit et mandavit, quod nullus iudex ubilibet constitutus in causis et litibus etiam per appellationem pendentibus indecisus ad instantiam cuiusvis proprio aut procuratorio nomi-

ne in iure vel ad ius in beneficio quocumque, etsi et postquam huiusmodi ius ex persona collitigantis qualitercumque vacaverit, se surrogari petentibus ad huiusmodi faciendam surrogationem quomodolibet procedat, nisi pro parte surrogandi saltem de aliquo colorato, autentico? et verisimili per eum prius habito titulo fides prestetur legitima aut quod talem causam non malitiose vel fraudulenter, sed pura et bona conscientia instituit, super hoc ipsi iudici verisimilius correspondentibus coniecturis corporale prestetur iuramentum. Quidquid autem secus factum extiterit cum inde secutis quibuslibet nullius existat firmitatis.

OT 61. CAUSE AUDITORUM ADVERSARIIS ALIIS AUD(ITORUM) NON COMMITTUNTUR.

Item voluit et ordinavit, quod deinceps cause quecumque auditorum causarum Palatii apostolici vel eorum notariorum quomodolibet contingentes nequeant eorum invitis adversariis alicui ex auditoribus dicti Palatii vel eorum locatenentibus committi, alioquin processus in contrarium habiti nulla subsistant firmitate.

OT 62. DE CONFESSIOE DEBITI CORAM AUD(ITORE) CAMERE APOSTOLICE.

Item voluit et ordinavit, quod, si aliqui debitores ratione debitorum se submiserint districtui seu cohertioni Camere apostolice, episcopalis Avinionensis et aliarum curiarum Romane curie et Avinionensis civitatis ad confitend(um) debita huiusmodi coram auditoribus et iudicibus earundem curiarum <et> certos procuratores constituerint, quod, si debitores ipsi in dicta Romana curia fuerint presentes et eis non vocat(is) fidem procu(rato)res debita huiusmodi confiterentur coram eisdem auditoribus et iudicibus, confessiones huiusmodi nullius sint roboris vel momenti.

OT 63. IUDEX ORDINARIUS ETC. NON SUSPENDIT ETC. ALIUD IN CURIA.

Item voluit et ordinavit, quod nullus iudex ordinarius vel delegatus, quacumque auctoritate fungatur, possit aliquem de auditoribus presentibus et futuris in Romana curia commorantibus suspendere vel excommunicare quacumque ratione vel causa, etiamsi voluntarie se submiserint, excepto camerario, qui possit contra eum vel eos, si et quando ei videbitur, ecclesiasticam exercere censuram.

OT 64. DE OFFICIO NOTARIATUS IN CURIA ETC.

Item voluit, statuit et ordinavit, quod de cetero nulli ad officium tabellionatus, notariatus Audientie causarum seu etiam curie Camere apostolice admittantur primitus, nisi prius per

diligentem examinationem vicecancellarii vel eius commissarii ad illud idonei reperti fuerint et qui etiam saltem vicesimum quintum sue etatis annum attingerint, teneanturque omnes notarii Audientie et curie Camere predictarum presentes et futuri per se ipsos huiusmodi sua officia exercere, alioquin illis omnino careant nec deinceps per suos auditores admittantur ad illa, quodque nullus ex predictis ipsum notariatus officium in Audientia causarum et curia Camere apostolice huiusmodi insimul valeat^a exercere.

^a valeat *Wien 5474 int. 2* valeant

OT 118. Sanctissimus in Christo pater et^a dominus noster dominus^b Martinus papa quintus, die XIII novembris pontificatus sui anno primo¹, voluit, statuit et ordinavit, quod, si aliquis promoti vel promovendi ad patriarchales, archiepiscopales, episcopales^c et abbatiales dignitates sive per viam confirmationis vel provisionis seu translationis litteras super promotionibus huiusmodi infra annum a die, quo promoti consistorialiter extiterant, computandum confici et integraliter expediri non fecerint, tales promotiones sunt ipso iure nulle, invalide nulliusque roboris vel momenti nec ulterius huiusmodi littere in Cancellaria valeant expediri, cum videatur sic promotus dictam promotionem non habuisse ratam.

¹ *1418 November 14.*

^a in Christo pater et *fehlt Wien 5474 int. 2*

^b dominus *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c episcopales *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 119. IMPETRAN(TE)S BENEFICIUM FAMILIARIS ALICUIUS CARDINALIS DEBENT EXPRIMERE, QUOD ISTE, PER CUIUS OBITUM BENEFICIUM HUIUSMODI VACAVIT, ERAT FAMILIARIS CARDINALIS.

Item, eadem die¹, idem dominus noster statuit et ordinavit, quod impetrando beneficia card(inalium) familiarium commensalium dominorum cardinalium tam presentium quam futurorum impetrantes in eorum supplicationibus, quod ille, per cuius obitum vel factum vacabunt, erat familiaris talis cardinalis exprimere teneantur, alias impetratio huiusmodi viribus totaliter vacuetur nec littere super tali impetratione expediantur, nisi cardinalis, cuius familiaris extiterit, supplicaret aut alias, quod (*folgt Lücke von ca. 3 cm*) domini nostri pape signaturam de eiusdem intentione constaret.

¹ (*1418 November 14.*)

Et, eadem die, publicari in Cancellaria I^{am} regulam et scribi feci in libro. Istam vero scribi feci, die II ianuarii anno 4^{o2} dicti domini nostri, Io Ostiensis^{a3}.

² 1421 Januar 2.

³ Johannes de Broniaco.

^a Layoutendnote

De potestate vicecancellarii

OT 65. DE CONSERVATORIA.

Item, quod dominus vicecancellarius possit concedere conservatoria⟨m⟩ in forma dominis cardinalibus ad quinquennium et prelati et aliis personis ecclesiasticis dari consuetam ad triennium.

OT 66. POTESTAS AGGRAVARE ETC. CONTRA INTRUSOS.

Item, quod etiam cum invocatione auxilii brachii secularis quoscumque processus etiam quasvis sententias, censuras ecclesiasticas atque penas continentes auctoritate apostolica habitos et habendos contra quascumque personas, que eis non parendo huiusmodi sententias nec non censuras et penas incurrerunt, aggravare nec non sub bulla quascumque sententias in Romana curia latas etiam **cont^{io}**. singulos in huiusmodi beneficiis, super quibus dicte sententie late fuerint, post litis pendentiam intrusos exequi mandare, et in super restitution(em) in integrum, si et prout de iure nec non advocando causas beneficiales et profanas in curia pendentes pro tempore quoscumque de consensu partium et in partibus sub simili bulla terminand(..) ac omnia, que in simplici iustitia per Cancellariam dari consueverunt, committere et alia quecumque per ordinarios in suis provinciis et diocesis exerceri solit(os) expedir(e) possit etiam sub bulla antedicta.

OT 67. DE RESIGNATIONIBUS ETC. RECIPIENDIS.

Item, quod possit recipere per se vel alium quascumque resignationes quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum a quibusvis personis illa simpliciter vel ex causa permutationis resignare volentibus et supplicationes pro permutationibus signare, super quibus littere fiant sub bulla memorata.

OT 68. DE CORRECTIONE FALSIFICANTIUM BULLAS.

Item, quod possit absolvere per se vel alium singulos, qui ignoranter in supplicationibus, notis vel grossis bullatis vel signatis aliquod corrigent, scribent vel debebunt, nec non per se ipsum absolvere quoscumque falsarios supplicationum, notarum, grossarum et bulle predictarum, prout ei videbitur expedire.

OT 69. DE CORRECTIONE NOMINIS ET AGNOMINIS ETC. IN SUPPLICATIONE ET BULLA.

Item, quod possit corrigere in supplicationibus signatis et in^a consistorialibus et bullis nomen et cognomen persone et beneficii, de quibus agitur, dummodo^b constet per circumstantias de corpore beneficii vel persone, prout fuerit oportunum.

^a et in VL 4990 etiam

^b dummodo VL 4990 dum tamen

OT 70. Item, si quis impetrans in forma communi asserit se supplicationem suam, in qua eius non obstantiam expressit, perdidisse, possit idem vicecancellarius illius super hoc deferendo iuramento cum sumpto de registro et mentioni dictarum non obstan(tiarum) iuxta huiusmodi formam litteras expedire.

OT 71. DE GRA(TIA) IN EOD(EM) PRO ILLO.

Item, quod defectum natalium patientibus, qui ante obtentam super eo dispensationem in forma communi examinati seu collocati fuerint, suarum gratiarum dat(am) huiusmodi dispensationem precedentem, ut possit de novo super eisdem gratiis litteras dat(a) sequen(ti) eandem dispensationem expedire, ita quod tales gratie propterea subreptitie minime reputentur.

OT 72. ALTARE PORTATILE, IN LOCIS INTERDICTIS, ANTE DIEM, IN MORTIS ARTICULO, KAROLINAM.

Item, quod nobilibus laicis et nobilibus personis ecclesiasticis possit altare portatile, ante diem, in locis interdictis, in mortis articulo, tabellionatus officium etc., communia quaterni Cancellarie nec non executorias super constitutione, que dicitur „Karolina“¹, per „Concessum“ sub bulla concedere, ut in forma^a.

¹ **D.h. die von Karl IV. 1359 Oktober 13 (Böhmer-Huber Reg. Nr. 3006, vgl. Nr. 5789) bestätigte Verordnung über die geistliche Immunität, welche Bonifaz IX. und das Konstanzer Konzil wiederholten.**

^a Layoutendnote

OT 79. CARDINALES PER PROCURATORES POSSUNT VISITARE BENEFICIA SUA.

Item, quod possit dominis cardinalibus presentibus et futuris concedere, quod valeant ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica ac personas ecclesiasticas in archidiaconatibus et aliis suis beneficiis ecclesiasticis eisque commendatis consistentia, in quibus eis visitationis officium competit de consuetudine vel de iure, usque ad triennium per personam idoneam, quotiens tempus visitationis vigerit, visitare et procuraciones inde debitas in pecunia numerata recipere, ut in forma.

OT 73. LICENTIA TESTANDI, RECONCILIANDI CIMETERIA.

Item, quod possit patriarchis, archiepiscopis ac electis testandi et celebrandi ac per alium ecclesias et cimiteria suarum civitatum et diocesum per sanguinis vel seminis effusionem polluta reconciliari facere ad biennium, quotiens opus fuerit, licentiam concedere.

OT 74. MUNUS CONSECRATIONIS ET BENEDICTIONIS.

Item, quod possit omnibus electis et abbatibus ad quascumque cathedrales, ecclesias, monasteria per eundem dominum nostrum promovend(is) et a curia absentibus concedere, ut ipsi a quocumque maluerint catholico antistite munus consecrationis seu benedictionis recipere valeant, ut in forma.

OT 75. Item, quod de scriptoribus et abbreviatoribus litterarum apostolicarum quibuslibet graduatis quoad prerogativas etc. parificand(as) veniant, possit ponderatis meritis sufficientibus et statibus personarum eorum facere et ordinare libere, prout sibi videbitur faciend(um); et idem de nobilibus de utroque vel ab altero parente militaribus procreatis.

OT 76. DE FRUCTIBUS PERCIPIENDIS IN ABSENTIA PRO SCRIPTORIBUS.

Item, quod possit eisdem scriptoribus et abbreviatoribus eorum officiis insistendo ad tempus, quo sibi videbitur, licentiam concedere de fructibus percipiendis.

OT 77. EXAMEN AD PARTES.

Item, quod possit committere examen ad partes quibuscumque impetrantibus ultra unam dietam a curia existentibus, dum sibi videbitur expedire, ita quod de sufficientia impetrantium et iudicum informatio recipiatur.

OT 78. COMMISSIONES CAUSE ETC.

Item, quod possit omnes causas beneficiales etiam non devolutas committere infra curiam cum potestate citandi ad partes ac omnia alia per illos, qui ei in vicecancellariatus officio precesserunt, sive consueta facere absque alio specialiori mandato.

ME 3. Dominus vicecancellarius possit signare novas provisiones quascumque, dummodo beneficia ipsa non sint reservata vel affecta etc.

ME 4. Item, quod possit signare gratias de neutri pro possessore et etiam supplicationes surrogationum pro possessoribus vel altero colligantium, ita quod signanda per eum sint signata aut subscripta per manus trium vel saltem duorum referendariorum.

OT 120. PLACET DOMINO NOSTRO, QUOD VICECANCELLARIUS POSSIT SIGNARE COMMISSIONES CONSISTORIALES.

Placet domino nostro, quod usque ad proximum festum pasche¹ ‹vel› primum publicum consistorium per eundem dominum nostrum tenendum pro expeditione pauperum et aliorum ad suam curiam confluentium dominus vicecancellarius vocatis referendariis et aliis, de quibus domino vicecancellario videbatur, recipiet quascumque commissiones consistoriales per advocatos dandas et presentandas aut referendarios, que fuerint eis date vel darentur de mandato eiusdem domini nostri et que inter eos fuerint discusse, prout fuerit conclusum, signentur per dominum vicecancellarium, ut est moris, et quod eundem vigorem vimque et robur habeant ‹et› obtineant, ac si in consistorio publico essent propositae per eundem dominum nostrum concesse?^a

¹ (1421 März 23), vgl. ME 5.

^a Layoutendnote

OT 121. Placet insuper eidem domino nostro, quod usque ad idem festum¹ vel usque ad primum consistorium idem dominus vicecancellarius convocatis referendariis signare possit quascumque reformationes, quecumque beneficia generaliter non reservata sedi apostolice aut collationi sue, quascumque gratias novarum provisionum, surrogationum et de „Si neutri“ pro quocumque nec non „Perinde valere“ sub data diei signationis apponenda

per datarium, ut moris est, sic tamen, quod supplicatio per dominum vicecancellarium signanda prius signetur per duos^a referendarios et reformatio adminus per tres, prorogare tempus de novis provisionibus, surrogationibus et de „Si neutri“ expediendis usque ad proximum festum beati Iohannis baptiste², non obstante lapsu termini, si sibi et maiori parti dictorum referendariorum videatur, non intendens per premissa aut aliquod eorum derogare in aliquo potestati per eum alias date dicto domino vicecancellario sub talibus etiam post eius convalescentiam, sed vult ipsam in suo robore permanere et uti posse sicut prius?

Placet, Oddo³.

Publicata est in Cancellaria, XV octobris anno IV^{b4}.

¹ (1421 März 23), vgl. ME 5.

² (1421 Juni 24).

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ 1421 Oktober 15.

^a duos VL 2665 dominos

^b Placet - IV fehlt VL 2665

OT 122. Item, ut pena teneat suum auctorem et gravato provideatur de oportuno contra ignorantes, negligentes et deficientes in suis officiis, statuit et ordinavit, quod littera iudicata rescribenda in Cancellaria infra dies naturales rescribatur expensis illius, cuius culpa fuerit iudicata rescribenda sub penis suspensionis ab officio per tres menses a die, qua littera fuerit iudicata et requisitione per partem facta, ut rescribat, quod, si infra dictos tres menses huiusmodi suspensione durante rescribendarius aliquid sibi distribuatur, sit rescribendarius ipso facto excommunicatus, a qua absolvi non possit nisi per papam, prius tamen illi satisfacto, cuius est littera rescribenda, de damno et interesse, et hoc quoad scriptores. Quo vero ad abbreviatores adinstetur dominus vicecancellarius, ut nihil tali abbreviatori de sex mensibus distribuatur, quod, si per inadvertentiam aliquid sibi distribuatur et ipse recipiat, ipso facto sit ab officio suspensus et sententiam excommunicationis incurrat abbreviator, a qua nisi per papam absolvi non posset, satisfacto prius parti lese, ut supra, et, si durante huiusmodi suspensione gratiam obtinuerit^a, si in eis inciderit expressa mentione non facta, gratia huiusmodi ipso facto sit nulla cassa et irrita.

^a VL 2665 Rest der Zeile leer

ME 5. Placet domino nostro, quod prefatus dominus vicecancellarius iuxta premissa continuet usque ad proximum generale consistorium per eundem dominum nostrum tenendum, quodque in supplicationibus de iustitia audit(is) advocat(is), deliberation(e) habita cum referendariis, de quibus sibi videbitur, adminus IIII signare possit et debeat etc.?

Fiat, ut supra, O^{ddo}¹. Dat(um) Rome apud Sanctum Petrum, IIII nonas aprilis anno IIII^{a2}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1421 April 2.*

^a *Layoutendnote*

OT 80. LIMITATIO? DISPENSATIONUM DE INCOMPATIBILIBUS ETC. HABITIS.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus, die undecima mensis decembris pontificatus sui anno primo¹, voluit et ordinavit, quod omnes et singuli, quibus hactenus per sedem apostolicam seu eius auctoritatem super pluribus incompatilibus beneficiis ecclesiasticis invicem perpetuo vel ad tempus obtinend(is) dispensatum extitit et qui iam ab eo obtinuerunt vel in posterum obtinebunt quas-cumque gratias de beneficiis ecclesiasticis vacantibus vel certo modo vacaturis, si in theologia magistri vel baccarii formati aut in iure canonico vel civili doctores seu cum rigore examinis licentiati vel ex utroque parente nobiles existant, illa, que ultra duo, si vero aliter in eisdem scientiis graduati aut in medicina vel in artibus magistri fuerint, illa, que ultra unum habeant vel habent incompatibilia, infra annum a tempore pacifice possessionis^a beneficiorum eis ex gratiis eisdem competentium simpliciter vel ex causa permutationis pro aliis compatilibus; ceteri vero non graduati vel ignobiles quecumque incompatibilia unicum dumtaxat incompatible transcendentia per eos obtenta in eventum similis assecutionis realiter et omnino dimittere teneantur, dispensationibus predictis eis in contrarium minime pro futur(is); familiaribus tamen ipsius domini nostri et officialibus dicte sedis actu et continue suis officiis insistentibus, nepotibus dominorum cardinalium, magnorum baronum, ut supra, filiis, fratribus, nepotibus dumtaxat exceptis.

¹ *1417 Dezember 11.*

^a *possessionis Wien 5474 int. 2 possessionem*

OT 81. GRADUATI ETC. HABEBUNT IIII^C LIB(RAS) IN OMNIBUS BENEFICIIS SUIS, CETERI CCL, SIMPLICES CL^a.

Item voluit et ordinavit^b, quod circa gratias beneficiales per eum factas et fiendas talis moderatio circa pluralitatem vel excessum beneficiorum obtentorum vel obtinendorum servetur, quod magistri vel baccalarii formati, doctores et licentiati nec non nobiles prefati ultra CCCC, ceteri vero aliter, ut supra, graduati ac licentiati ultra CCL nec non simplices seu non graduati vel ignobiles predicti ultra CL libras Turonensium parvorum aut alterius equivalentis monete tam in obtentis quam in quibuscumque gratiis eisdem consequendis beneficiis nullatenus valeant retinere et in expeditione litterarum ad reliqua omnia dimittenda dum etc. arteantur, exceptis familiaribus et officialibus ipsius domini nostri pape actu et continue suis officiis insistentibus dominorumque cardinalium nepotibus, magnorum baronum, ut supra, filiis et fratribus et soror(ibus), nepot(ibus), qui sub hac ordinatione nullatenus includantur.

^a CL *Wien 5474 int. 2* LC

^b et ordinavit *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 82. SUPER CONCURREN(TIBUS) IN BENEFICIO VACANTI.

Item voluit et ordinavit idem dominus noster, quod, ubi pro personis diversis super aliquo beneficio ecclesiastico vacante aut certo modo vacaturo^a sub eiusdem diei data diverse per eum sive de suo mandato concessionem aut gratie facte appareant, is, cui motu proprio facta est gratia, reliquis omnibus sub simili motu non habentibus, si vero per aliam signationem facte fuerint, tunc graduatus non graduato et inter graduatos magis graduatus, possessor quoque saltem colorato titulo non tamen spoliator aut institutus per eum, quem potuit scire cum (!) non debere instituere sine causa possidendi conferre, non possessori, et concurrentibus qualitatibus seu alias ceteris paribus presens in curia Romana ab ea absentem ac oriundum civitatis et dioceseos, in qua huiusmodi beneficium consistit, alteri non oriundo et non habens beneficium habenti^b in dicti beneficii assecutione preferantur^c, nisi super hoc idem dominus noster aliud duxerit specialius ordinandum.

^a vacaturo *Wien 5474 int. 2* vocaturo

^b ac oriundus civitatis et dioceseos, in qua huiusmodi beneficium consistit, alteri non oriundo et non habens beneficium habenti *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c preferatur *Wien 5474 int. 2* preferantur

OT 83. DE ILLIS, QUI IMPEDIUNT CURSUM SUPPLICATIONIS, ET ILLORUM PENA.

Item, ut calumniatores execrabilesque per abusus Romane curie sedantium alveum, ne contagione serpente seges coalescat infecta, penarum condignis **coequat(is) aruleis** (!) motus improbi exactius reprimantur, prefatus dominus noster ipsius curie gloriam obfus-

cantes zizanie satores eliminare concertans omnes et singulos, qui alieni nomine figmento supplicationem sive petitionem quamcumque gratiam vel iustitiam continentem aut, quominus illa in lucem prodeat, cursui destinata debito quemquam supplantandi **causam?** in antea subtrahere presumpserint, excommunicationis sententiae et, ‹si› contra eos super hoc instituto iudicio reperti legitime tales extiterint diversa ecclesiastica beneficia obtinentes, cuiuslibet illorum, que ultimo assecuti fuere, privationis, non beneficiatos vero inhabilitationis ad quecumque ecclesiastica beneficia in posterum obtinenda pene subiacerere, illis nihilominus pro emergentium forsitan alios scandalorum supprimend(is) principiis panis vini que fomento carceris acrimoniis unius mensis spatio absque spe venie quantotius **mancipand(i)**.

OT 84. RESERVATIO BENEFICIORUM COMITATUS VENANTINI.

Item, die prima mensis^a februarii¹, dominus noster papa reservavit beneficia quecumque comitatus Venantini², quandocumque uti voluerit.

Idem dixit mihi dominus noster fecisse in Mantua de beneficiis civitatis Avinionensis, Do(minus) Io(hannes) Ostiensis^{b3}.

¹ (1418?) Februar 1.

² Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

³ Johannes de Broniaco.

^a mensis fehlt VL 4990

^b Idem - Ostiensis fehlt VL 4990

OT 85¹. PREROGATIVA FAMILIARUM DOMINI PAPE^a / QUOD FAMILIARES PAPE DEBEANT PRECEDERE^b ALIOS, UT HOC IN ASSECUTIONE BENEFICIORUM IN VIM GRATIARUM EXPECTATIVARUM^c.

Item idem sanctissimus^d dominus noster, XV martii pontificatus sui anno primo², voluit, statuit et ordinavit, quod familiares sui^e continui commensales illi videlicet, qui^f tempore assumptionis ipsius ad papatum tales veraciter et actualiter existebant, in assecutionibus beneficiorum, que familiares ipsi vigore gratiarum expectativarum per ipsum dominum nostrum eis factarum expectant, omnibus et singulis^g sancte sedis apostolice^h officialibus nec non quibuscumque aliis personis, cuiuscumque statusⁱ, dignitatis, gradus aut ordinis vel conditionis aut preeminentie fuerint, etiamsi persone ipse regum, principum, ducum, baronum aut sancte Romane^j ecclesie cardinalium consanguinei aut familiares seu in

¹ In Wien 5474 int 2 zweimal vorhanden: fol. 165r (= a) und fol. 167r (= b).

² 1418 März 15.

quacumque facultate magistri vel doctores, sancte Romane ecclesie cardinalibus dumtaxat^k exceptis, huiusmodi beneficia expectantes^l existant, quibus forsitan^m prerogativas seu antelationes iam concesserit seu concesserint aut eis in posterum concedi contingat, preferantur et preferri omnino debeant nec eis familiaribus predictisⁿ prerogative aut antelationes^o huiusmodi, etiamsi ad tempus vel in perpetuum concesserint^p, aut maiores sive potiores diligentie in huiusmodi beneficiorum assecutionibus per quoscumque facte vel faciende^q nocere valeant quoquo modo, constitutionibus apostolicis in contrarium forsitan^r editis non obstantibus quibuscumque.

Wien 5474 int. 2(a)

Ottenthal

Mandavit mihi dominus noster portari domino meo vicecancellario ponenda in Cancellaria et sic servari, do(minus) Iohannes Constantinopolitanus^{s3}.

Publicata VI octobris anno II⁴.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hann)es Ostiensis⁵.

Publicata fuit die XXII iunii, anno MCCCCXVIII⁶, Geben(nis)⁷.

³ Johannes de Rupescissa.

⁴ 1419 Oktober 6.

⁵ Johannes de Broniaco.

⁶ 1418 Juni 22.

⁷ Genf, Schweiz.

^a Prerogativa familiarium domini pape Wien 5474 int. 2(a)

^b precedere Wien 5474 int. 2(b) procedere

^c Quod - expectatarum Wien 5474 int. 2(b)

^d sanctissimus fehlt Wien 5474 int. 2(a)

^e sui Wien 5474 int. 2(a) seu

^f Wien 5474 int. 2(a) folgt pro

^g Wien 5474 int. 2(a) folgt dicte

^h apostolice fehlt Wien 5474 int. 2(a)

ⁱ status fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^j Romane Wien 5474 int. 2(a) matris

^k dumtaxat fehlt Wien 5474 int. 2(b)

^l huiusmodi beneficia expectantes Wien 5474 int. 2(b) beneficia expectantia

^m forsitan Wien 5474 int. 2(b) forsant

ⁿ familiaribus predictis Wien 5474 int. 2(a) familiares predict(i)

^o antelationes Wien 5474 int. 2(a) antelationis

^p sint Wien 5474 int. 2(a) sunt

^q faciende Wien 5474 int. 2(b) fiende

^r forsitan fehlt Wien 5474 int. 2(a)

^s Wien 5474 int. 2(a) folgt do(minus)

OT 123. Dominus noster voluit et ordinavit, quod quecumque gratie a sanctitate sua in futurum forsan concedende de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, que vacare sperantur per assecutionem alterius beneficii de iure aut consuetudine seu statuto incompatibilis, auctoritate apostolica alias quam per gratiam expectativam fiendam sint nulle et invalide ipso iure, si ante impetrarentur, quam de beneficio, per cuius assecutionem aliud speratur vacare, fuerit eadem auctoritate provisum aut concessum provideri.

OT 124. Item etiam voluit et ordinavit, quod nulla gratia per modum „Speratur vacare“ impetrata seu concessa aut in futurum concedenda extendatur ad resignationem fiendam in curia Romana et quod de talibus impetrationibus nullo modo quoad casus predictos littere expediantur in Cancellaria.

Nove regule post alias facte successive

OT 86. LITTERE SUPER NOVIS PROVISIONIBUS, SURROGATIONIBUS ET „SI NEUTRI“ DEBENT EXPEDIRI INFRA SEMESTRE.

Cum beneficia ecclesiastica absque canonico titulo et super illo litterarum testimonio obtineri non debeant ac, ut dicitur, nonnulli pretendentes confirmationum seu novarum provisionum beneficiorum eis collatorum aut surrogationum in iure aliorum in beneficiis, vel „Si neutri“ seu „Si nulli“ in eis ius competat, provisionum eis fiendarum concessionum gratias habere pretextu gratiarum huiusmodi, litteris super eis non confectis, beneficia huiusmodi detinuerint et detinent occupata, dominus noster Martinus papa quintus attendens, quod vigore litterarum apostolicarum et executionum earundem nec non supplicationum signatarum dumtaxat beneficia ecclesiastica debeant possideri ac contrarium facien(tes) tamquam temerarii et gratiarum apostolicarum illusores merito, in quo delinquerunt, puniendi existunt, ad instar felicitis recordationis Urbani sexti et Gregorii XII Romanorum pontificum predecessorum suorum voluit, ordinavit et decrevit, videlicet decima octava die iunii pontificatus sui anno primo¹, quod omnes et singuli, qui ab eo concessionum gratias super confirmationibus, surrogationibus, novis provisionibus ac „Si neutri“ huiusmodi de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus ordinum quorumcumque cum cura vel sine cura, etiamsi quecumque dignitates, personatus, administrationes, officia, canonicatus et prebende existant, ab eo obtinuerint et in posterum obtinebunt, litteras apostolicas super eis infra sex menses videlicet super concessis a dicta die et super^a concedendis

¹ 1418 Juni 18.

gratiis huiusmodi a die concessionum earundem computand(os) eas expediri facere teneantur, alioquin lapsis dictis sex mensibus huiusmodi concessionum gratie eo ipso sint^b casse et irritae nulliusque roboris vel momenti nec littere super ipsis postmodum expediantur. Et idem voluit in similibus gratiis per eum motu proprio factis et fiendis observari.

^a super *Wien 5474 int. 2* desuper

^b sint *Wien 5474 int. 2* sunt

OT 87. ILLEGITIMI TENENTUR EXPRIMERE DEFECTUM NATALIUM, ALIOQUIN ETC.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus attendens, quod nulli illegitimi debeant ad beneficia sub credulitate, <quod> illegitimi sint, assumi, voluit et ordinavit, videlicet octavo kalendas iulii pontificatus sui anno primo¹, quod per quamcumque signationem per eum sub quacumque verborum forma etiam motu proprio super concessione seu dispensatione pro quocumque illegitimo, cuiuscumque gradus, ordinis vel nobilitatis existat, videlicet quod de defectu natalium, quem patitur, in gratiis sibi factis vel fiendis nullam teneatur^a facere mentionem de cetero faciendam, littere super concessione seu dispensatione huiusmodi nullatenus expediantur et, si fors expediantur, quoad hoc dumtaxat nullius existant roboris vel momenti.

¹ 1418 Juni 24.

^a teneatur *Wien 5474 int. 2* teneantur

OT 91. PUBLICATA XXVI NOVEMBRIS ANNO PRIMO¹.

Idem dominus noster, III nonas novembris², volens etiam super hoc pulsatus a diversis partium, quarum cause tunc in Romana curia tractantur, indemnitatibus providere omnibus et singulis etiam in sacerdotio constitutis nec non dignitates et personatus in cathedralibus et collegiatis ecclesiis obtinentibus et in causis, quas hucusque pertractare et deducere inchoarunt, huiusmodi offic(ium) usque ad proximum futurum festum resurrectionis dominice³ exercere possint, duxit indulgend(um), constitution(ibus) forsitan per ipsum editis in contrarium non obstan(tibus).

¹ 1417 (!) November 26.

² 1418 November 3.

³ 1419 April 16.

Lecta fuit hec Mantue⁴ in Audientia contradictarum, die VIII mensis novembris anno primo^{a5}.

⁴ *Mantua, Lombardei, Italien.*

⁵ *1418 November 8.*

^a *Layoutendnote*

OT 88. NON VULT DEROGARE CONCORDATA.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus volens statuta et ordinata ac concordata in civitate Narbonensi¹ per nuntios sacri concilii Constantiensis et postmodum per dictum concilium ratificata et confirmata firmiter observari declaravit, videlicet VIII kalendas iulii pontificatus sui anno primo², sue intentionis fuisse et existere se de eisdem statutis, ordinationibus et concordatis per quamcumque signationem sub quacumque verborum forma etiam motu proprio quocumque, cuiuscumque gradus, dignitatis vel nobilitatis existat, per eum forsitan factam vel fiendam non voluisse nec velle in aliquo derogasse, vult et ordinat huiusmodi signationes, si que forsitan in contrarium facte fuerint aut fient, ac quecumque inde secuta nullius sint roboris vel momenti^a.

¹ *Narbonne, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*

² *1418 Juni 25.*

^a *Layoutendnote*

OT 89. RESERVATIO BENEFICIORUM FAMILIARIUM CARDINALIUM.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, qui in crastinum sue assumptionis ad summi apostolatus apicem reservavit dispositioni sue quecumque beneficia ecclesiastica, que sancte Romane ecclesie cardinalium familiares continui commensales tunc obtinebant et in posterum obtinerent, die videlicet octava maii dicti anni¹, declaravit sue intentionis fuisse et etiam existere similia beneficia quorumcumque tempore reservationis huiusmodi vacan(tia)^a, qui similes familiares quorumlibet sancte Romane ecclesie cardinalium vel pro talibus habitorum fuerant, scilicet illa, que huiusmodi familiaritate durante obtinuerant, etiamsi a familiaritate huiusmodi per obitum dictorum cardinalium vel alias recesserunt, nec non illorum, qui erant vel essent dicte Romane ecclesie cardinalium tunc vel tempore existentium similes familiares et qui a familiaritate huiusmodi recederent, illa videlicet, que durante familiaritate huiusmodi obtinebant vel obtinerent, sub reservatione includi ante-

¹ *(1418) Mai 8.*

dicta. Per hoc antedictus dominus noster non vult constitution(is), que incipit „Ad regimen“², limitationes reservationum beneficiorum per eum factarum nuper sub data facta in aliquo derogari.

Ponatur in libro Cancellarie, Iohannes^b Ostiensis³.

² = *Benedikt XII. Nr. 35B.*

³ *Johannes de Broniaco.*

^a vacantia *Wien 5474 int. 2 vincan(tia)*

^b Iohannes *Wien 5474 int. 2 Iohannis*

OT 92. PUBLICATA XXVI NOVEMBRIS ANNO PRIMO¹.

Duodecimo kalendas decembris pontificatus sui anno primo², idem dominus noster statuit et ordinavit, quod, si per ipsum contigerit aliquod signasse vel signare aut alias concessisse vel concedere seu mandasse vel mandare, quod sit contra reformationes, illud sit nullum et invalidum nec littere desuper dentur, nisi in signatura concession(is) aut mandato huiusmodi apposuerit „Tali non obstan(te) reformation(e)“.

Wien 5474 int. 2

Ottenthal

Publicata fuit ista Mantue³, XXVI novembris anno II.

Lecta et publicata fuit huiusmodi constitutio Mantue in Audientia contradictarum domini nostri pape, die XXVI mensis novembris anno domini MCCCCXVIII pontificatus dicti domini nostri II^{a4}.

¹ *1417 (?) November 26.*

² *1418 November 20.*

³ *Mantua, Lombardei, Italien.*

⁴ *1418 November 26.*

^a *Layoutendnote*

OT 93. CONCESSA CONTRA CONCORDATA NARBONNENSIA SINT NULLA¹ / PUBLICATA X DIE MAII ANNO SECUNDO².

Item dominus noster, XV kalendas decembris pontificatus sui anno primo³, prorogavit terminum alias decima octava die iunii proximi preteriti⁴ per ipsum deputatum de expedi-

¹ *Diese Marginalie bezieht sich auf OT 88.*

² *1419 Mai 10. Diese Marginalie bezieht sich vermutlich auf Nr. 94.*

³ *1418 November 17.*

⁴ *1418 Juni 18.*

end(is) litteris apostolicis super confirmationibus, novis provisionibus, surrogationibus et gratiis „Si neutri“ sive „Si nulli“ hactenus per eum signat(is) usque ad sex menses a fine dictorum priorum sex mensium computandos et voluit, quod ille, que interim non expedirentur, sint nulle nec de cetero super eis aliquo modo littere expediantur, etiamsi dominus noster eas interim de novo signaret. Quas signationes sive gratias voluit esse nullas nec litteras expediri super ipsis.

Lecta fuit ista die VIII mensis novembris in Mantua⁵ in Audientia contradictarum pontificatus domini Martini anno eius primo^{a6}.

⁵ Mantua, Lombardei, Italien.

⁶ 1418 November 8.

^a Layoutendnote

OT 94. CLAUSULA, QUOD AD ILLUM, CUI PENSIO ASSIGNATA FUIT, BENEFICIUM, QUOD RESIGNARET, REVERTATUR, NON DEBENT (!) DARI IN LITTERIS PENSIONUM.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V, nonas maii^a pontificatus sui anno secundo¹, statuit et ordinavit, quod, si reperirentur aliquae littere^b nomine suo expedite super pensionibus solvend(is) aliquibus personis, cuiuscumque dignitatis, conditionis, status aut gradus fuerint^c, etiamsi cardinalatus honore, patriarchali, archiepiscopali, episcopali vel alia quavis prefulgeant dignitate, ratione aliquarum dignitatum, beneficiorum aut officiorum secularium vel regularium cum clausula, quod per non solutionem pensionis huiusmodi infra quemvis terminum aut per concessum vel decessum vel alium quemvis modum vacationis redire debeat titulus ipsarum dignitatum, beneficiorum aut officiorum^d ad eum, cui pensio huiusmodi solvenda assignata fuerit, quod ad illam clausulam dumtaxat nullius existant roboris vel momenti, sed penitus pro infectis habeantur quodque de cetero in tali forma aut simili nullatenus expediantur littere, ut etiam pluries ante presentem diem mandaverat. Hanc constitutionem quoad dominos cardinales vult dominus noster tantum valere et intelligi, dum beneficium vacabit per decessum tenentis, Io(hannes) Ostiensis^{e2}.

¹ 1419 Mai 3.

² Johannes de Broniacco.

^a nonas maii fehlt Wien 5474 int. 2

^b Wien 5474 int. 2 folgt super

^c fuerint Wien 5474 int. 2 fuerit

^d aut officiorum fehlt Wien 5474 int. 2

^e Hanc - Ostiensis fehlt Wien 5474 int. 2

OT 95. IN IMPETRATIONE BENEFICII PENSIONI (!) DEBET EXPRIMI QUANTITAS PENSIONIS ET NOMEN^a ILLIUS, CUI PENSIO FIT.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus statuit et ordinavit, quod, si contigerit per ipsum provideri aut mandari provideri de aliqua dignitate vel officio aut beneficio seculari vel regulari, ratione cuius aliqua pensio alicui fuerit assignata, quod, nisi^b in provisione^c seu mandato de providendo huiusmodi de quantitate pensionis et nomine proprio persone, cui pensio ipsa fuit assignata, expressa mentio habeatur, provisio et mandatum de providendo huiusmodi nullius existant roboris vel momenti.

^a nomen *Wien 5474 int. 2 non*

^b nisi *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c provisione *Wien 5474 int. 2 posserione*

ME 6. PROROGATIO TERMINI DE EXPEDIENDIS LITTERIS SURROGATIONUM ET NOVARUM PROVISIONUM.

Sanctissimus dominus noster Martinus divina providentia papa quintus, qui terminum constitutionis per eum sub dat(a) XVIII die iunii pontificatus sui anno primo¹ facte de litteris apostolicis super confirmationibus, novis provisionibus, surrogationibus „Si neutri“ etc. ab eo tunc in beneficialibus obtentis et in posterum obtinendis infra sex menses tunc futuros expediendis, XV kalendas decembris pontificatus et anni predictorum², usque ad sex menses alios a fine dictorum sex mensium computandos prorogavit, attendens, quod huiusmodi prorogation(es) durante tempore ad curiam Romanam propter eius de loco ad locum mutationem ac hiemalis temporis malitiam viarumque indispositionem et alia incommoda difficilis fuit accessus, huiusmodi prorogation(is) terminum, XVII kalendas maii dicti pontificatus anno secundo³, usque ad sex alios menses a fine dictorum sex secundo dictorum mensium computandos prorogavit.

Scribatur in libro Cancellarie de mandato domini nostri pape, Io(hannes) Ostiensis^{a4}.

¹ 1418 Juni 18.

² 1418 November 17.

³ 1419 April 15.

⁴ Johannes de Broniaco.

^a *Layoutendnote*

OT 90. Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, tertio kalendas novembris pontificatus sui anno primo¹, statuit et ordinavit, quod in quibuscumque impetrationibus quorumcumque et qualiumcumque beneficiorum etiam regularium vacantium et certo modo vacaturorum sive^a concessionibus illorum etiam motu proprio de cetero fiendis verus et^b integer valor etiam cotidianis distributionibus computatis exprimatur, alioquin voluit impetrationem et concessionem huiusmodi fore nullas. Non tamen per hoc intendit, quod in solutione annatarum^c aliquid solvatur ratione distributionum predictarum, sed tantum veri valoris illis deductis.

Publicata Mantue², ultima die octobris MCCCCXVIII, pontificatus sui anno secundo (!)³.

¹ 1418 Oktober 30.

² Mantua, Lombardei, Italien.

³ 1418 Oktober 31.

^a sive VL 2665 sine

^b verus et VL 2665 verius

^c annatarum VL 2665 annatorum

OT 96. VICECANCELLARIUS POTEST SIGNARE NOVAS PROVISIONES, DUMMODO BENEFICIA RESERVATA NON FUERINT.

Placet domino nostro, quod dominus vicecancellarius signare valeat et signet supplicationes novarum provisionum de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis et officiis, dum tamen generaliter non sint reservata vel affecta, quod, si per inadvertentiam seu circumventionem signaverit aliquod de predictis, quod reservatum fuerit, per „Concessum“ et littere nullo modo expediantur in Cancellaria, alias littere non valeant?

Publicata die XX maii anno II^{a1}.

¹ 1419 Mai 20.

^a Publicata die XX maii anno II *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 97¹. ITEM POTEST SIGNARE „SI NEUTRI“ ET SURROGATIONES PRO POSSESSORIBUS, DUMMODO PER DUOS REFERENDARIOS SIGNATE FUERINT.

Item, quod valeat signare et signet supplicationes de „Si neutri“ pro possessore et etiam supplicationes surrogationum pro possessoribus vel altero collitigantium, ita^a quod signan-

¹ OT 97 und OT 98 in einem Absatz.

da per eum de predictis sint signata et subscripta per manus trium vel saltem duorum referendariorum.

^a ita *Wien 5474 int. 2* item

OT 98. Item, quod valeat signare ea, que spectant ad suum officium et que sunt in regulis Cancellarie de potestate vicecancellarii descripta?

Placent predicta, Oddo^{a1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Layoutendnote*

ME 7. DECLARATIO, QUOD FAMILIARES DOMINI PAPE ALIOS QUOSCUMQUE IN ASSECUTIONE BENEFICIORUM VIGORE GRATIE EXPECTATIVE, CARDINALIBUS DUMTAXAT EXCEPTIS, PRECEDERE DEBENT.

Motu proprio volumus, statuimus et ordinamus et declaramus a primordio nostre assumptionis ad apicem summi apostolatus nostre intentionis ac voluntatis fuisse et esse, quod familiares nostri continui commensales illi videlicet, qui tempore assumptionis eiusdem servitiis nostris veraciter et actualiter insistebant, in assecutione beneficii seu beneficiorum cum cura vel sine cura, etiam canonicatum et prebendarum et dignitatum, personatum, administrationum et officiorum curatorum et electivorum metropolitanarum et cathedralium ac collegiatarum ecclesiarum, quod vel que vigore gratiarum expectatarum per nos eis seu alteri eorum sub quacumque forma verborum factarum aut in posterum fiendarum, expectant, expectabant seu in antea expectabunt, etiamsi beneficia huiusmodi in quacumque facultate doctoribus, magistris seu aliis graduatis aut etiam certo modo generi personarum ex statut(is) et consuetudinibus ecclesiarum aut etiam constitutionibus seu ordinationibus apostolicis dumtaxat conferenda forent et familiares prefati non existerent, quales statuta, constitutiones^a antedictae requirent, omnibus et singulis personis huiusmodi etiam sedis apostolice notariis, capellanis, Palatii apostolici^b causarum auditores^c, acolitis, litterarum apostolicarum scriptoribus et abbreviatoribus eorundem et aliis quibuscumque sedis eiusdem officialibus nec non quibuscumque aliis personis, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis aut preeminentie seu in quacumque facultate magistri vel doctores, etiamsi persone huiusmodi regum, principum, ducum et baronum aut sancte Romane ecclesie cardinalium nepotes, consanguinei aut familiares fuerint, cardinalibus ipsis dumtaxat exceptis, preferentur et preferri voluerimus et volumus, quodque nulli alii seu

aliis sub quacumque dat(a) dictis familiaribus pari vel maiori, qui a nobis gratias expectativas sub quacumque verborum forma obinuerint seu in futurum obtinebunt, etiamsi per eas vel earum auctoritate quarumcumque ecclesiarum canonici creati vel in eis in canonicos sub expectatione prebende receptos eisdem familiaribus, dictis exceptis cardinalibus, preiudicare valeant nec eis quoquo modo preferri, indult(is), concession(ibus), privilegiis, prerogativis, antelationibus, statutis, constitutionibus et ordinationibus per nos vel quoscumque predecessores nostros Romanos pontifices aut pro Romano pontifice se gerentes ad tempus vel in perpetuum prefatis aut quibuscumque aliis personis, locis, ecclesiis et universitatibus sub quacumque verborum forma concess(is) vel concedend(is) aut potioribus dat(is) seu diligentibus in huiusmodi beneficiorum assecutione per quoscumque factis vel fiendis aut aliis etiam constitutionibus apostolicis in contrarium editis, etiamsi de illis presentibus habenda foret plena et expressa mentio specialis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque et cum clausulis necessariis et oportunis. Et ita volumus ac eodem modo precipimus et mandamus in iudicio et extra per quoscumque ubilibet in perpetuum observari.

Et fiat motu proprio. O<ddo>.

^a VL 4990 folgt et consuetudines

^b apostolici Wien 5474 int. 2 apostolice

^c auditores VL 4990 auditoribus

OT 101. MORTUO MANDATORE NUMQUID CESSAT MANDATUM ... SIT¹ / QUOD HABENTES GRATIAS EXPECTATIVAS ULTRAMONTANI HABEANT II COLLATIONES, DUMMODO DAT(A) ILLARUM GRATIARUM II KALENDAS NON EXCEDAT.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus clericis de^a ultramontanis partibus non sine labore personali ac onere expensarum Romanam curiam accedentibus pio compatiens affectu voluit et ordinavit singulis, videlicet pridie idus octobris pontificatus sui anno secundo², quod littere pro eorum, quibus fecit aut faciet gratias beneficiales expectativas sub eorum supplicationibus vel alia quacumque cuiuslibet diei data, dummodo dat(a) III kalendas februarii pontificatus predicti anno I^{b3} non excedat, super huiusmodi gratiis ipsis factis ad duas collationes et unum beneficium, canonicatu et prebenda ac dignitate etc.

¹ Diese Marginalie ist ohne Bezug zu dieser Regel!

² 1419 Oktober 14.

³ 1418 Januar 30.

unius ecclesie precipati (!) habente gratiam de canonicatu sub expectatione prebende ac dignitate etc. pro illo computat(is), expediantur^c.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis⁴.

⁴ *Johannes de Broniaco.*

^a de *Wien 5474 int. 2* et

^b anno I *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c expediantur *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 102. PROROGATIO TEMPORIS PRO EXPEDITIONE NOVARUM PROVISIONUM AD QUATTUOR MENSES.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, XVII kalendas novembris pontificatus sui anno secundo¹, ultimam prorogation(em) constitution(is) de litteris apostolicis super confirmationibus, novis provisionibus, surrogationibus et „Si neutri“ etc. ab eo tunc obtentis et in posterum obtinendis post sex menses a tempore concessionis eorundem non expediend(is), cuius^a prorogation(is) finis instabat, ab ipso fine usque ad IIII menses a fine dicti ultimi termini immediate computandos prorogavit, non obstantibus^b in dicta constitutione et eius prorogation(ibus) contentis aliisque contrariis quibuscumque.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis².

¹ *1419 Oktober 16.*

² *Johannes de Broniaco.*

^a cuius *Wien 5474 int. 2* onus

^b obstantibus *Wien 5474 int. 2* omnibus

ME 7A (AUS VL 4990 FOL. 164R). DE EXPRESSIONE FACIEND(A) IN IMPETRATION(E) BENEFICIORUM PER INHABILES POSSESSORES.

Item idem dominus noster considerans, quod sepe contingit nonnullos magne ambitionis fomite respersos se tamquam fures et latrones in beneficiorum possessionibus scienter intrudere seu illas incipere minus canonice fructus percipiendo ex eisdem **aut?** faciendo quominus percipi valeant seu conservari, ut deberent, dicta die 3^a idus decembris¹, voluit et ordinavit, quod quicumque sic intrusi et? possessores beneficiorum huiusmodi in petitionibus sive cedula super infamie maculis fore? notis per eos premissorum occasione contractis pro ipsis per eum vel de ipsius mandato etiam motu proprio signandis tempus

¹ *(1419) Dezember 3, siehe ME 7b.*

detentionis per eos beneficiorum huiusmodi nec non fructuum, reddituum et proventuum eorundem inde **pervenie...** per annos vel alias valor iuxta formam constitutionis proxime suprascripte penitus sit expressus, alioquin petition(es) sive cedule huiusmodi nullius existant firmitatis nec littere valeant super ipsis quovismodo expediri^a.

^a *Layoutendnote*

ME 7B (AUS VL 4990 FOL. 164V). DE EXPRESSIONE VALORIS PONEND(A) IN GRATIIS DE VACAN(TI-BUS).

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V, cupiens personis ecclesiasticis eorum considerat(is) gradibus et merit(is) de beneficiis ecclesiasticis eorum fructuum, proventuum tam in ipsis residendo et deserviendo personaliter in diurnis quam non residendo in eisdem valoribus ponderat(is) providere, III idus mensis decembris pontificatus sui anno III¹, voluit, decrevit et ordinavit, quod in quibuscumque petitionibus sive cedulis etiam motu proprio de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis vacant(ibus) et certo modo vacaturis per eum seu de eius mandato signand(is) singulorum beneficiorum huiusmodi fructuum, reddituum et proventuum verus valor in portatis seu in ipsis non residendo nec non residendo et divinis interessendo personaliter in hoc rationibus illis propterea **cadent(tibus)** distributionibus computat(is) distincte sit expressus, alioquin littere super huiusmodi petitionibus et cedulis non expediantur sine ipsius speciali mandato^a.

¹ 1419 Dezember 3.

^a *Layoutendnote*

OT 103. DECLARATIO, QUOD PER PREROGATIVAS PARISIE[NSIBUS] DOCTORIBUS ETC. CONCESSA(S) NON VELIT A[LIQUIBUS] CARDINALIBUS PREIUDICARE.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, sexto nonas octobris pontificatus sui anno secundo¹, declaravit sue intentionis fuisse et esse decrevitque et voluit quascumque prerogativas et concessionibus aut indulta universitati studii Parisiensis seu doctoribus, magistris seu aliis quibusvis personis eiusdem universitatis seu quibusvis aliis super gratiis expectativis concessas vel concedendas et quecumque in eisdem prerogativis aut concessionibus ac indultis continentur, sancte Romane ecclesie cardinales non comprehendere nec ipsis cardinalibus in assequendis beneficiis, dignitatibus, personatibus, officiis et

¹ 1419 Oktober 2.

quibuscumque beneficiis ecclesiasticis predictas prerogativas, concessionones et indulta quodvis modo preiudicium generari.

Ista concessit et declaravit et in Cancellaria voluit publicari, Io(hannes) Ostiensis^{a2}.

Publicata II mensis martii anno 3^{b3}.

² Johannes de Broniaco.

³ 1420 März 2.

^a Layoutendnote

^b Publicata - 3 am linken Rand der Regel

OT 104. DE NOMINATIONE XXX FAMILIARUM CARDINALIUM, QUI A PREROGATIVA PARISEIN(SIUM) DEBENT ESSE EXEMPTI.

Beatissime pater! Cum prerogativa quadam speciali per sanctitatem vestram in^a favorem universitatis studii Parisiensis pro magistris et doctoribus, de quibus in ipsa prerogativa mentio fit, ut videlicet ipsi magistri et doctores quoad assecutionem beneficiorum, que vigore gratiarum eis in rotulo dicte universitatis factarum expectant, ceteris preferantur, nuper edita voluit eadem sanctitas inter ceter(a) singulos triginta familiares domesticos continuos commensales singulorum cardinalium in ipsorum cardinalium primis et principalibus rotulis descriptos et per eosdem in Cancellaria eiusdem sanctitatis excipi^b et alias, prout in dicta prerogativa continetur, et nonnulli ex ipsis cardinalibus, quorum etiam singuli aliqui videlicet triginta familiares huiusmodi in suis rotulis inscriptos non habent, pro quibusdam aliis sibi dilectis et caris, quibus potius quam aliquibus ex dictis familiaribus provideri vellent, gratias expectativas etiam obtinuerint. Dignetur igitur sanctitas vestra eisdem cardinalibus omnibus et singulis, quorum intuitu dicta exceptio emanavit, ut etiam plurime difficultates evitentur, que ratione huiusmodi familiaritatis oriri possent, concedere, quod singule triginta persone tam familiar(es) singulorum cardinalium supplication(es) habentes et per ipsos singulos cardinales in dicta Cancellaria nominande quoad totalem et plenarium effectum huiusmodi gratiarum suarum consequend(um) a dicta prerogativa excipiantur et excepte fore censeantur eodem modo, quo singuli triginta familiares domestici eorundem singulorum cardinalium in dictis suis rotulis principalibus inscripti ex dicte prerogative tenere ab ipsa prerogativa exciperentur, si, ut prefertur, per singulos dictos cardinales in dicta Cancellaria nominarentur, ita tamen quod per hoc prefatus exceptorum numerus minime augeatur, omnibus et singulis in huiusmodi prerogativa contentis ceterisque in contrarium facien(dis) non obstantibus quibuscumque.

Concessum per modum privilegii etc. Ponatur in libro cum privilegiis Parisien(sium), Florentie¹, pridie idus ianuarii anno tertio².

¹ Florenz, Toskana, Italien.

² 1420 Januar 12.

^a in Wien 5474 int. 2 per

^b excipi Wien 5474 int. 2 excipi

OT 106. QUOD ACCEPTATIO ET PROVISIO POSSINT PUBLICARI IN AUDIENTIA PUBLICA SEU IN CANCELLARIA PUBLICA.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus divina providentia papa V, die quartadecima ianuarii pontificatus sui^a anno tertio¹, voluit et ordinavit, quod omnes et singuli curiales ac Romanam curiam nunc et pro tempore sequentes, qui a trimestri citra acceptaverant seu in posterum acceptabunt legitime vigore quarumcumque expectatarum gratiarum ab eodem domino nostro obtentorum ac obtinendarum quecumque beneficia ecclesiastica secularia vel regularia, qualiacumque et quotcumque existant, sub huiusmodi gratiis cadentia et de illis sibi provideri fecerint seu faciant, si infra trimestre a dicta die computand(um) illas, que iam facte sunt, nec non simile infra trimestre illas, quas de cetero fieri contingat, postquam alias debite facte fuerint, acceptationes et provisiones huiusmodi in Audientia publica contradictarum aut in Cancellaria sancte Romane ecclesie seu in eius vicecancellarii presentia publicare voluerint, publicationes huiusmodi perinde valeant ac plene sufficiunt, ac si in locis dictorum acceptatorum beneficiorum facte forent, ita quod in posterum publicantes ipsi non teneantur illas in locis beneficiorum huiusmodi publicare. Et idem censerit voluit de iam factis, que propter impedimenta legitima saltem apparentia publicate non fuerint, quod scilicet infra trimestre ex nunc computand(um)^b pari modi in Audientia vel Cancellaria aut presentia vicecancellarii huiusmodi publicari valeant, ut supra, et quod omnes acceptationes, provisiones ac publicationes huiusmodi in proprio libro apud dictum vicecancellarium seu eius locumtenentem eo absente conscribantur et registrentur per notarium publicum et sub illorum aut alterius ipsorum sigillis testimoniales littere, ubi et quando ac quibus opus fuerit, habeantur, non obstantibus contrariis quibuscumque.

Publicata kalendis februarii anno III^{c2}.

¹ 1420 Januar 14.

² 1420 Februar 1.

^a pontificatus sui Wien 5474 int. 2 sui pontificatus

^b Wien 5474 int. 2 folgt valeant

° Publicata - III fehlt Wien 5474 int. 2

OT 107. DECLARATIO, QUOD CONTRA CONCORDATA CUM NATIONIBUS NON VELIT FACERE.

Item, eadem die¹, idem dominus noster intendens semper, quantum in eo fuerit, omnia, que dudum per ipsum cum nationibus in generali Constantien(s) constitut(o) concilio circa ecclesiarum et beneficiorum ecclesiasticorum dispositionem concordati (!) fuerant, inviolabiliter observare et pari modo volens, ut equum est per alios, quos ea contingunt, constanter observari viceversa attendensque, quod nonnulli contra illa sub eo pretextu, quod illis decretum irritans per expressum non videtur adiectum, presumant attemptar(e) licet utique decreti huiusmodi cautela bone fidei iudicio satis in talibus intelligi debeat non deesse ex habundanti tamen ea omnia^a, quantum in eodem domino nostro extitit, vim decreti irritant(is) etc. habuisse et habere, declaravit, decrevitque et (!) censuit irritum existere et inane, quidquid contra concordata huiusmodi per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsitan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari.

Scribantur in libro Cancellarie suprascripte due constitutiones de mandato domini nostri, Io(hannes) Ostiensis².

¹ (1420 Januar 14).

² Johannes de Broniaco.

^a omnia Wien 5474 int. 2 nam

OT 108. EXTENSIO, QUOD ILLI, QUI HABUNT IIII KALENDAS ETC., POSSINT HABERE AD DUAS COLLATIONES.

Dictus dominus noster papa, VIII kalendas februarii pontificatus sui anno tertio¹, constitutionem per eum, pridie idus octobris eiusdem pontificatus anno secundo², de litteris super gratiis expectativis illis, qui in Romana curia fuerant, erant aut essent presentes, sub cert(is) dat(is) fact(is) ad duas collationes et unum beneficium expediend(is) extendit ad illos, qui similiter fuerunt, sunt et erunt in dicta curia presentes habentes et habituros similiter gratias beneficiales expectativas sub dat(a) IIII kalendas februarii ipsius pontificatus anno primo³, dummodo in earum effectu aliquam prerogativam antelativam eis auctoritate

¹ 1420 Januar 25.

² 1419 Oktober 14.

³ 1418 Januar 29.

nostra concessam non habeant, usque ad festum resurrectionis dominice proximum futurum⁴.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis^{a5}.

⁴ 1420 April 7.

⁵ Johannes de Broniaco.

^a Layoutendnote

OT 109. SCOTI PRESENTES IN CURIA IN GRATIA EXPECTATIVA SUB QUACUMQUE DAT(A) HABUNT AD DUAS COLLATIONES.

Mandavit dominus noster papa, quod omnes gratie expectative cuiuscumque dat(e) per eum Scotis in Romana curia presentibus concesse aut concedende expediantur ad duas collationes et unum beneficium in quocumque alio expresso mandato.

Ponatur in libro Cancellarie, die lune XV mensis martii anno tertio¹, Io(hannes) Ostiensis^{a2}.

¹ 1420 März 15; Montage wären der 11., 18. oder 25. März gewesen.

² Johannes de Broniaco.

^a Layoutendnote

OT 110. PROROGATIO TERMINI DE EXPEDIENDIS NOVIS PROVISIONIBUS.

Die XVI mensis martii anno tertio¹, dominus noster papa Martinus^a V prorogavit terminum ultime regule de expediend(is) novis provisionibus et surrogationibus usque ad alios sex menses proximos^b a fine termini ultime prorogationis computand(os).

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis².

¹ 1420 März 16.

² Johannes de Broniaco.

^a Martinus fehlt Wien 5474 int. 2

^b proximos Wien 5474 int. 2 proximum

OT 111. DOMINUS VICECANCELLARIUS POTEST SIGNARE QUASCUMQUE GRATIAS EXPECTATIVAS SUB DAT(A) CURRENTI.

Placet domino nostro, quod dominus vicecancellarius ultra alias potestates sibi datas et in libro Cancellarie descriptas signet quascumque supplicationes per „Concessum“ gratiarum expectatarum sub data currenti?

OT 112¹. ITEM POTEST SIGNARE VACAN(TIA) NON RESERVATA. ITEM PER CONTRACTUM MATRIMONII. ITEM PER RELIGIONIS INGRESSUM.

Item supplicationes de quibuscumque vacantibus generaliter dispositioni apostolice minime reservatis nec non de vacantibus per contractum matrimonii aut religionis ingressum, dum tamen valores beneficiorum huiusmodi, si in Italia, vigintiquinque et, si in Francia, quinquaginta, si vero in Hispania, septuaginta florenorum camere seu librarum Turonensium parvorum et, si in Alania fuerint, quindecim marc(harum) argenti^a secundum communem estimationem annuatim non excedant, ita videlicet quod huiusmodi supplicationes manu duorum referendariorum signate seu subscripte per prius existant et post signaturam per datarium, qui in eadem signatura presens erit, si commode interesse possit, alioquin, dum sibi per eundem dominum vicecancellarium sub signeto suo transmittentur, datate sint, alias tales supplicationes nullius penitus sint momenti etc.?

¹ Vgl. unten ME 10.

^a marcharum argenti *Wien 5474 int. 2* march(as) ac ar(genti)

OT 113¹. SIGNATURA PAPE PREFERTUR SIGNATURE VICECANCELLARII.

Vult insuper idem dominus noster, quod, si contingat signaturam suam cum signatura dicti domini vicecancellarii concurrere, quod signatura ipsius domini nostri alteri preferatur nec in casu huiusmodi concurrentie littere confecte ex signatura ipsius domini vicecancellarii valeant, sed possint in Cancellaria lacerari^a?

Fiat de omnibus. Oddo^{b2}. Dat(um) Florentie³, kalendis maii anno tertio⁴.

¹ Vgl. unten ME 11.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ Florenz, Toskana, Italien.

⁴ 1420 Mai 1.

^a sed possint in Cancellaria lacerari *fehlt Wien 5474 int. 2*

^b Fiat - Oddo *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 114. Item statuimus, quod vicecancellarius de cetero nullam commissionem quoquo modo a iure exorbitantem sive[?] concedat, etiamsi hoc mandaverimus, dummodo sit extra consistorium publicum, nisi postea de illa commissione per ipsum vicecancellarium examinata de eiusque toto tenore in absentia partis nobis plena relatione facta iterato mandatum sibi fecerimus, quod signet, ut prius, alias talis commissio ipso iure sit nulla.

OT 105. CARDINALES IN GRATIIS EXPECTATIVIS IN ASSECUTIONE BENEFICII ALIIS QUIBUSCUMQUE? PREFERUNTUR / ITEM CARDINALES POSSUNT UTI PLURIBUS GRATIIS EXPECTATIVIS.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V, Florentie¹, quinto kalendas ianuarii pontificatus sui anno tertio², perpetuo constituit, statuit et decrevit, quod quotiescumque apparebit nunc vel in posterum aliquem seu aliquos ex sancte Romane ecclesie cardinalibus presentibus vel futuris in gratiis beneficialibus expectativis ad eandem collationem, provisionem, presentationem, electionem seu quamvis aliam dispositionem sub data pari vel maiori cum alia quacumque persona seu personis aliis non cardinalibus concurrere, quicumque cardinalis expectans in assecutione canonicatum, personatum, prebendarum, dignitatum, prioratum, administrationum, officiorum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum regularium et secularium cum cura et sine cura, etiamsi ad illos, illas vel illa consueverint qui per electionem assumi, quos, quas vel que idem cardinalis per se vel per procuratorem infra tempus legitimum duxerit acceptandos, acceptandas vel acceptanda, quibuscumque personis aliis canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, prioratus, administrationes vel officia aut beneficia huiusmodi expectantibus^a preterquam aliis eiusdem ecclesie cardinalibus preferantur. Voluit etiam idem dominus noster, quod, si prefatis cardinalibus aut eorum alicui per eum concessa fuerint aut in posterum concedantur plures gratie expectative, prefati cardinales illis omnibus uti valeant et gaudere, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifatii pape^b VIII³ quam etiam aliorum quorumcumque Romanorum pontificum predecessorum suorum constitutionibus, ordinationibus et concessionibus, privilegiis, prerogativis auctoritate apostolica concessis vel concedendis, etiamsi de personis, collegiis, gradibus aut aliis qualitatibus personarum ipsarum^c in presenti constitutione, statuto et decreto specialis et expressa mentio sit habenda, ceterisque in contrarium facien(dis) quibuscumque.

¹ Florenz, Toskana, Italien.

² 1419 Dezember 28.

³ Welche Verordnung Bonifaz' VIII. gemeint ist, lasse ich (= Ottenthal) unentschieden: vgl. die Dekretale Excecrabilis, Extravag. Jo. XXII. 3.1, Martin V. Nr. 19. Benedikt XIII. Nr. 71. (In VI 3.4. nichts Passendes, A.M.)

^a expectantibus Wien 5474 int. 2 expectantia

^b pape fehlt Wien 5474 int. 2

^c etiamsi de personis, collegiis, gradibus aut aliis qualitatibus personarum ipsarum fehlt Wien 5474 int. 2

OT 115. DECLARATIO, QUOD BENEFICIA CIVITATIS AVINIONENSIS DISPOSITIONI APOSTOLICE SUNT RESERVATA.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus declarat sue intentionis fuisse, esse et existere beneficia civitatis sue Avinionensis¹, quecumque et qualiacumque fuerint, a die, qua intravit Mantuam², fuisse et esse dispositioni sue reservata. Et etiam in Mantua dominus noster idem declaravit, lo Ostiensis³.

Ista posui in Cancellaria, X kalendas iulii anno III⁴, lo Ostiensis^a.

¹ Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

² Mantua, Lombardei, Italien.

³ Johannes de Broniaco.

⁴ 1420 Juni 22.

^a Ista posui in Cancellaria, X kalendas iulii anno III, lo Ostiensis *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 117. QUOD^a SURROGATION(ES) VEL „SI NEUTRI“ SUNT NULLE, NISI LITTERE SUPER PRESENTALI SUPPLICATIONE EXTRACTE (!) FUERINT ANTE INCHOATIONEM^b LITIS.

Cum nonnulli hactenus non sine fraudis suspicione super beneficiis ecclesiasticis, que vacare asserebant, eis conferendis dicantur a nobis supplicationes obtinuisse signari et occasione talium supplicationum litteris apostolicis non confectis super illis possessoribus ipsorum beneficiorum litem movisse et eos in causam traxisse et consequenter possessoribus ipsis defunctis se in iure ipsorum possessorum et ad possessionem huiusmodi beneficiorum surrogari seu alias lite pendente in forma^c „Si neutri“ et alias cum clausula „Dummodo tempore etc. non sit alicui alteri ius quesitum“ providere seu provideri mandare procurasse, non discusso, an huiusmodi supplicationes utiles vel inutiles seu valide aut invalide essent seu an super ipsis littere apostolice possent aut^d deberent expediri, nos talibus fraudibus obviare cupientes omnes et singulas litteras surrogationum et gratiarum in forma „Si neutri“ aut alias lite pendente super talibus beneficiis per nos de cetero concedendas, in quibus non apparebit impetrantes huiusmodi possessores alias quam super nuda supplicatione in causam traxisse, tamquam fraudulenter et dolose obtentas decernimus et volumus esse irritas et inanes vel nullius roboris vel momenti.

Placet domino nostro ad futurum et quod ponatur in quaterno et servetur^e.

Ponatur in libro Cancellarie et quoad futura dumtaxat, IX kalendas novembris anno tertio¹, lo Ostiensis².

¹ 1420 Oktober 24.

² Johannes de Broniaco.

^a Quod *Wien 5474 int. 2* De

^b inchoationem *Wien 5474 int. 2* inchoationi

^c in forma *fehlt Wien 5474 int. 2*

^d aut *Wien 5474 int. 2 an*

^e *Placet domino nostro ad futurum et quod ponatur in quaterno et servetur fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 116¹. PROROGATIO TERMINI AD EXPEDIENDAS NOVAS PROVISIONES^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, XV die mensis septembris pontificatus sui anno tertio^{b2}, ultimam prorogationem de novis provisionibus et surrogationibus ac „Si neutri“ etc.^c infra sex menses expediendis **per eum XVI martii^d** pontificatus et anni predictorum³ editam, ac cuius finis instabat, usque ad primam diem ianuarii proximi futuri⁴ cum clausulis in eadem constitutione contentis prorogavit.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis^{e5}.

¹ *Wien 5474 int. 2 zweimal vorhanden, auf fol. 162v (= a) und auf fol. 170r (= b).*

² *1420 September 15.*

³ *1420 März 16.*

⁴ *1421 Januar 1.*

⁵ *Johannes de Broniaco.*

^a Prorogatio - provisiones *Wien 5474 int. 2(b), fehlt Wien 5474 int. 2(a)*

^b tertio *Wien 5474 int. 2(a) III*

^c etc. *fehlt Wien 5474 int. 2(a)*

^d per eum XVI martii *fehlt Wien 5474 int. 2(a)*

^e Ponatur - Ostiensis *fehlt Wien 5474 int. 2(a)*

ME 8. LITTERE APOSTOLICE PRO PROMOTIS AD EPISCOPATUS ET MONASTERIA DEBENT INFRA ANNUM EXPEDIRI.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, die XIII novembris pontificatus sui anno primo, voluit, statuit et ordinavit, quod, si aliqui promoti seu promovendi ad patriarchales etc.^a supra ponitur¹, etiam quam non complete hic ponitur.

¹ *Vgl. OT 118.*

^a *ut gäbe Sinn*

OT 125 (1. FASSUNG)¹. PRESENTES IN CURIA ROMANA SUB PARI DATA IN ASSECUTIONE BENEFICII ABSENTIBUS PREFERUNTUR.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus ex certis rationabilibus causis ad id animum suum moventibus intendens personas ecclesiasticas ipsum et Romanam curiam sequentes favore prosequi gratioso, III kalendas

¹ *Vgl. unten 2. und 3. Fassung.*

septembris pontificatus sui anno IIII², voluit et ordinavit pariterque decrevit, quod omnes et singule ecclesiastice persone huiusmodi quecumque regulares et seculares, graduate et non graduate, quibus quascumque gratias beneficiales expectativas etiam cum extensionibus earum sub quibusvis verborum formis fecit et etiam forsitan faciet in futurum sub quacumque dat(a), que in civitate Florentina tempore, quo idem dominus noster ab ea curiam predictam ad Urbem transtulit³, existebant et eandem curiam secute sunt ac de presenti sequuntur et sequentur, quoad beneficiorum in huiusmodi gratiis seu etiam extensionibus eis, ut premittitur, factis et fiendis comprehensorum ipsarum vigore per eas dictam curiam sequendo a dicta die in antea acceptatorum et acceptandorum nec non ille, que post huiusmodi translationem ad dictam curiam sequendo vener(in)t et etiam que in antea venient, quoad beneficiorum sub huiusmodi gratiis seu extensionibus eis factis et fiendis apprehensorum, postquam eandem curiam post sex menses continuos secute fuerint et sequentur, postea eandem curiam sequendo acceptandorum assecutiones, officialibus nostris et apostolice sedis actu suis officiis insistentibus nec non in theologia et in artibus et in medicina magistris et doctoribus in iure canonico vel civili et in illis cum rigore examinis licentiatas ac baccalariis formatas in eadem theologia dumtaxat exceptis, omnibus^a aliis similes vel dissimiles gratias beneficiales expectativas seu etiam extensiones sub paritate dat(e) habentibus pro tempore ipsum et predictam curiam, ut premittitur, pro tempore non sequentibus, cuiuscumque gradus vel nobilitatis existant, ceteris tamen paribus preferantur, c. „Duobus“ de rescriptis⁴ et c. „Si a sede“ de prebendis libri VI⁵ nec non quacumque alia diligentia ac quibuscumque prerogativis, concessionibus et indultis ac decretis apostolicis, etiamsi de his eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio foret facienda, et que hic voluit haberi pro sufficienter expressis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque etc.

Publicata, XV octobris anno 4^{to}⁶. Ista non est **correctio?**, / sed in alia postea publicata^b.

² 1421 August 30.

³ **Martin verließ Florenz am 9. September 1420 und gelangte am (28. oder) 29. in Rom an, PASTOR, Geschichte der Päpste 1, S. 167.**

⁴ VI 1.3.14.

⁵ VI 3.4.31.

⁶ 1421 Oktober 15.

^a omnibus *Wien 5474 int. 2 omnibusq(ue)*

^b Publicata - publicata *Wien 5474 int. 2 auf dem linken Rand von fol. 170r*

OT 126. CONTRA ILLOS, QUI FRAUDULENTER FACIUNT BENEFICIA LITIGIOSA ET IMPETRANT ETC. / DECLARATIO, QUOD PER CITATIONES OBTEPTAS SUPER BENEFICIO ETC. IPSUM BENEFICIUM NON EFFICITUR LITIGIOSUM, SI IMPETRANS CITATIONEM ILLAM INFRA ANNUM NON PROSEQUITUR^a.

Quorundam in tantum crevit^b ambitio et avaritia sic exarsit, ut nedum vacantia beneficia importune petant, verum etiam pacifice possess(is)^c et vacatur(is) diversis et exquisitis fraudibus^d insidientur^e. Accepimus itaque, quod nonnulli huiusmodi ambitionis ardore ferventes in diversis regionibus explorant viros ecclesiastica beneficia obtinentes forte senio vel infirmitate incurabili aut alias^f laborantes ipsosque apud sedem apostolicam super criminibus et^g delictis etiam aliquo modo^h confict(is) falseⁱ deferant^j et impetrant commissiones et commissarios ad privandum senes et^k infirmos huiusmodi pretextu talium criminum beneficiis eorundem cum mandato de providendo eisdem delatoribus de beneficiis ipsis, dum vacabunt per privationem predictam, et consequenter tales senes vel infirmos vigore commission(is) huiusmodi et super delatis^l criminibus citari faciunt et facta citatione nihil aut parum amplius prosequuntur, sed obitum illius citati expectant et explorant. Post cuius obitum delatores huiusmodi^m pretendentes beneficia huiusmodi pretextu citationis predictae esse litigiosa et nullum preter Romanum pontificem posse conferre illa tamquam litigiosaⁿ et vacantia impetrant et procurant se in ius defuncti surrogari aut alias eadem beneficia sibi conferri. Volentes itaque^o talibus insidiis et fraudibus obviare, ex quibus etiam aperitur via machinationis in mortem, provide^p declaramus per citationem huiusmodi aut alium inde secutum processum^q circa privationem beneficii^r citati^s seu contra quem taliter fuerit processum minime litigiosa^t neque litem super illis^u pendere censi, si per annum steterint, quod litem post citationem huiusmodi^v non fuerint continue prosecuti^w, quinimo de beneficiis huiusmodi per obitum possessorum per illos, ad quos alias dispositio pertinebat^x, posse disponi, non obstan(tibus) citation(e) aut lit(e)^y predict(is), que beneficia ipsa non officiant^z, sed personam et mandatum^{aa} de providendo predicto^{bb}, quod in casu predicto viribus evacuemus^{cc}.

Publicata ut prius ...ce^{dd}.

^a Contra - prosequitur *Wien 5474 int. 2*

^b crevit *Wien 5474 int. 1 erant; VL 4990 excrevit*

^c possess(is) *Wien 5474 int. 1 processis*

^d fraudibus *fehlt Wien 5474 int. 1*

^e insidientur *Wien 5474 int. 1 nisi dedientur (!)*

^f alias *Wien 5474 int. 1 aliter*

^g et *Wien 5474 int. 1 aut*

^h aliquo modo *Wien 5474 int. 2 aliquando*

ⁱ false *Wien 5474 int. 2 falso*

^j deferant *Wien 5474 int. 1 deferunt*

-
- ^k et *Wien 5474 int. 1* aut
^l super delatis *Wien 5474 int. 2* de superlatis
^m huiusmodi *Wien 5474 int. 1* ipsi
ⁿ et nullum preter Romanum pontificem posse conferre illa tamquam litigiosa *fehlt Wien 5474 int. 2*
^o itaque *fehlt VL 4990, Wien 5474 int. 1*
^p provide *Wien 5474 int. 1* providere
^q processum *Wien 5474 int. 1* concessum
^r beneficii *Wien 5474 int. 2* beneficia
^s citati *Wien 5474 int. 1* citari
^t minime litigiosa *Wien 5474 int. 1* animo litigioso
^u illis *Wien 5474 int. 1* his
^v huiusmodi *fehlt Wien 5474 int. 1*
^w persecuti *Wien 5474 int. 1* persecuti
^x pertinebat *Wien 5474 int. 2* pertinebit
^y lit(e) *Wien 5474 int. 1* litis
^z officiant *Wien 5474 int. 1* afficiunt
^{aa} mandatum *Wien 5474 int. 1* mandando
^{bb} predicto *fehlt Wien 5474 int. 1*
^{cc} evacuemus *Wien 5474 int. 1* vacuumus
^{dd} Publicata ut prius *...ce fehlt Wien 5474 int. 1; Wien 5474 int. 2 auf dem rechten Rand von fol. 170v, bezieht sich auf die Marginalie auf fol. 170r*

OT 127. QUOD BENEFICIUM PER BIENNIUM PACIFICE POSSESSUM IMPETRANS DEBET EXPRIMERE POSSESSOREM ET ILLIUS GRADUS ET QUOT ANNIS ILLUD POSSIDEBAT ET CAUSAM VACATIONIS^a.

Nonnulli preterea beneficia pacifice et iusto titulo possessa asserentes vacare auctoritate apostolica sibi conferri procurent^b et contra possessores etiam longi temporis aliquando viginti vel triginta annorum aut amplius lites movent, quas pene faciunt immortales, et possessores pacificos, cum de statu suo credunt se securos, graviter et iniuste inquietant. Ut igitur circa talia^c via fraudibus precludatur^d, nostrorum predecessorum vestigiis inherentes^e statuimus, quod quicumque beneficium, officium, personatum, dignitatem aut administrationem ecclesiasticum vel ecclesiasticam ab aliquo biennio pacifice possessum vel possessam tamquam vacans vel vacantem impetraverit, in sua impetratione possessorem et^f illius gradum, si magistri in theologia vel^g in artibus aut medicina vel doctor in iure canonico vel civili vel licentiatus in eodem vel baccalarius in theologia fuerint^h, et quot annis possederitⁱ et^j, si citra decem annos, causamque^k vacationis ac etiam propter quod^l possessor ius in illo, in^m illa vel inⁿ illis non habere dicatur, exprimere^o teneatur, alioquin impetratio aliter facta ipso iure sit nulla et impetrans careat impetrat(is), in damnis^p et interesse possessori^q, si propter hoc aliqua^r incurrerit, nihilominus condemnandus etc.^s

^a Quod - vacationis *Wien 5474 int. 2*

^b procurent *Wien 5474 int. 1* procurant

^c igitur circa talia *Wien 5474 int. 1* in ea

^d precludatur *Wien 5474 int. 1* precludat

^e inherentes *Wien 5474 int. 2* herentes

^f et *Wien 5474 int. 1* vel

^g vel *Wien 5474 int. 2 magister*
^h fuerint *fehlt Wien 5474 int. 1*
ⁱ possederit *Wien 5474 int. 1 possideret*
^j et *fehlt Wien 5474 int. 1*
^k causamque *Wien 5474 int. 1 causam vel*
^l quod *Wien 5474 int. 1 quam*
^m in *fehlt Wien 5474 int. 1*
ⁿ in *fehlt Wien 5474 int. 1*
^o exprimere *Wien 5474 int. 1 exponere*
^p *Wien 5474 int. 1 wiederholt in damnis*
^q possessori *Wien 5474 int. 1 possessoris*
^r aliqua *Wien 5474 int. 1 aliquam*
^s etc. *fehlt Wien 5474 int. 1*

OT 128 (1. FASSUNG = INT. 2)¹. QUOD HABENTES GRATIAS EXPECTATIVAS SUB DAT(IS) DIVERSIS OMNES POSSUNT ACCEPTARE ET SIBI FACERE PROVIDERI.

Item prefatus dominus noster Martinus papa quintus, XI kalendas decembris pontificatus sui anno quinto², **ad submovendum dubia equita(t)e pensata** voluit et ordinavit, quod, ubi sunt duo, tres vel plures expectantes in eadem ecclesia vel ad eandem collationem etc. in genere vel in specie etiam sub diversis dat(is), quod omnes possint beneficium vacans in eorum gratiis cadens infra mensem **alias secundum iuris formam acceptare et de illo sibi facere provideri, salvo cuilibet iure prioritatis et posterioritatis, ita videlicet quod prior tempore, privilegio, concessione vel diligentia de iure preferendus, si acceptaverit et fecerit sibi provideri, aliis in assecutione ipsius beneficii preferatur. Io(hannes) Ostiensis^{a3}.**

¹ Vgl. unten OT 128 (2. Fassung).

² 1421 November 21 = Jahrestag seiner Krönung.

³ Johannes de Broniaco.

^a Layoutendnote

OT 129. QUOD NOVAS PROVISIONES, „SI NEUTRI“ ET SURROGATIONES ULTRAMONTANI INFRA ANNUM ET ALII^a INFRA NOVEM MENSES EXPEDIRI DEBEANT CUM PROCESSIBUS^b.

Cum iam dudum sanctissimus in Christo pater et dominus noster Martinus papa quintus ordinaverit^c, quod impetrantes ab eo, qui super confirmationibus, surrogationibus, novis provisionibus et „Si neutri“ de^d quibuscumque beneficiis ecclesiasticis concessionum gratias^e obtinuerant^f et in posterum obtinerent, litteras apostolicas^g super eis infra certum tempus tunc expressum expediri facere tenerentur, alioquin concessionum gratie huiusmodi eo^h ipso essent casse et irritaeⁱ nulliusque roboris et^j momenti, nonnullis prorogationibus huiusmodi temporis inde secutis et iam^k diu est finitum^l, prout in eisdem ordinationibus^m et prorogationibus huiusmodiⁿ plenius continetur. Idcirco prefatus dominus noster

volens ex contentis in predicta ordinatione et^o aliis ad hoc ipsum moventibus rationabilibus causis in premissis salubrius providere statuit et ordinavit, quod quicumque ab eo confirmationum, surrogationum aut novarum provisionum seu „Si neutri“ huiusmodi concessionum gratias a dat(a), quorum^p semestre tempus^q nondum^r est lapsus hactenus, impetrarunt seu in posterum impetrabunt, si ultramontani, infra annum, si vero citramontani fuerint, infra novem^s menses ab eorum dat(a) computandos super concessionum gratiis huiusmodi litteras apostolicas confici ac novarum provisionum et confirmationum executoribus, surrogantium vero et „Si neutri“ iudicibus, quibus diriguntur, presentare et processus solitos^t cum effectu fieri et decerni petere ac in loco beneficii vel in Romana curia coram vicecancellario sancte Romane ecclesie vel in Cancellaria apostolica vel in^u Audientia contradictarum presentare ac^v publicari^w facere, quantum in eis fuerit, omni fraude cessante teneantur, alioquin lapso anno et mensibus ipsis concessionum gratie huiusmodi et quecumque inde secuta quacumque super hoc specialis concessionis spe^x sublata omni prorsus careant effectu ac^y viribus vacue censeantur^z nulliusque firmitatis vel momenti^{aa} existant, etiamsi forsan concessionem ipse motu proprio facte fuerint, nec^{bb} super ipsis^{cc} ex tunc littere apostolice nullatenus dentur, mandans presentem constitutionem universis et singulis eam petentibus et habere ac ea in iudicio et extra uti volentibus exhiberi.

Scribatur et ponatur^{dd} in libro Cancellarie, X kalendas februarii anno quinto¹, Io(hannes) Ostiensis².

Publicata est dicto die^{ee3}.

¹ 1422 Januar 23.

² Johannes de Broniaco.

³ (1422 Januar 23).

^a alii Wien 5474 int. 2 aliis

^b Quod - processibus Wien 5474 int. 2

^c ordinaverit Wien 5474 int. 1 ordinavit

^d de fehlt Wien 5474 int. 1

^e gratias fehlt Wien 5474 int. 1

^f obtinuerant Wien 5474 int. 1 obtinuerat

^g litteras apostolicas Wien 5474 int. 2 litteris apostolicis

^h eo Wien 5474 int. 1 ex

ⁱ irritate Wien 5474 int. 1 vacue

^j et Wien 5474 int. 1 vel

^k iam fehlt Wien 5474 int. 1

^l finitum Wien 5474 int. 1 finitis

^m ordinationibus Wien 5474 int. 1 ordinatione

ⁿ huiusmodi fehlt Wien 5474 int. 1

^o et Wien 5474 int. 2 ut

^p gratias a dat(a) quorum Wien 5474 int. 1 dat(is) a gratis

^q tempus fehlt Wien 5474 int. 1

^r nondum Wien 5474 int. 1 mo(do) dum

^s novem *Wien 5474 int. 2* novas
^t solitos *Wien 5474 int. 1* solitis
^u in *fehlt Wien 5474 int. 2*
^v ac *Wien 5474 int. 2* aut
^w publicari *Wien 5474 int. 1* publicare
^x spe *Wien 5474 int. 1* spem
^y ac *Wien 5474 int. 2* aut
^z censeantur *Wien 5474 int. 1* teneantur
^{aa} vel momenti *Wien 5474 int. 1* memorii
^{bb} nec *Wien 5474 int. 1* vel
^{cc} ipsis *Wien 5474 int. 1* eis
^{dd} ponatur *Wien 5474 int. 2* publicetur
^{ee} Publicata - die *fehlt Wien 5474 int. 1*

ME 8a. Attende, secundum aliquos interferuntur hic concordata concilii de exemptionibus, unionibus, simonia et aliis, que superius habentur.

OT 130. NULLUS IN ROMANA CURIA ANTE SENTENTIAM DIFFINITIVAM DEBET APPELLARE NEC APPELLATIO ADMITTI NEC INTERLOCUTORIA DARE^a.

Statuimus, ut in causis^b in curia Romana^c penden(tibus)^d et, que in posterum quovis modo pendebunt, nulli ante^e diffinitivam sententiam liceat appellare nullaque appellatio^f admittatur nisi ab^g interlocutoria, que vim habeat diffinitive sententie, vel a gravamine concernente^h negotium principale, quod non posset per appellationem a diffinitiva interposita reparari. Appellationes ante diffinitivas sententias aliter factas et quidquid inde secutum fuerit penitus irritan(te)s. Et hoc ad appellationes iam emissas, super quibus commissiones nondum fueruntⁱ presentate, extendi volumus. Alie vero, super quibus commissiones sunt presentate^j, terminentur et in illis non liceat secundo appellare.

Dominus noster papa^k mandavit mihi hanc constitutionem publicandam^l et in libro Cancellarie ponendam, Rome, die VII aprilis anno quinto¹, Io(hannes) Ostiensis².

¹ 1422 April 7.

² Johannes de Broniaco.

^a Nullus - dare *Wien 5474 int. 2*

^b causis *Wien 5474 int. 1* causa

^c curia Romana *Wien 5474 int. 1* Romana curia

^d penden(tibus) *Wien 5474 int. 1* penden(te)

^e ante *Wien 5474 int. 1* autem

^f appellatio *Wien 5474 int. 1* appellation(es)

^g ab *fehlt Wien 5474 int. 1*

^h concernente *Wien 5474 int. 2* interve(nien)te

ⁱ fuerunt *Wien 5474 int. 1* fuerant

^j extendi volumus. Alie vero, super quibus commissiones sunt presentate *fehlt Wien 5474 int. 1*

^k papa *fehlt Wien 5474 int. 2*

^l publicandam *Wien 5474 int. 1* servandam

ME 8b. Secundum aliquos sequitur alia constitutio de frivole^a appellantibus, ut infra^b habetur circa finem secundi folii ab isto computando vel vertendo unum folium et est 3^a regula^c in alio folio¹.

¹ = ME 10.

^a frivole *Wien 5474 int. 2* frivolo

^b *Wien 5474 int. 2* folgt unterpunktet circa finem secundi folii ab isto computando vel

^c regula *Wien 5474 int. 2* clausula

OT 131. AMBASCIATORES DESTINATI AD ROMANAM CURIAM^a.

Sanctissimus dominus noster dominus^b Martinus papa quintus ordinat^c, quod deinceps ambasciatores vel qui sub titulo ambasciatorum ad curiam Romanam^d venient^e, finita ambasciata non reputentur nec tractentur amplius in sessionibus^f et aliis^g actibus ut ambasciatores, sed prout conveniet proprie dignitati, sive prelati fuerint sive non, et intelligantur finivisse ambasciatam^h, quodcumque dictum fuerit eis per camerarium seu alium de mandato domini nostriⁱ pape, quod ambasciata sua habetur^j pro finita, vel etiam, si nihil dicatur, post sex menses quoad eos, qui venturi^k sunt a die accessus sui ad eandem curiam, quoad presentes autem a die dat(e) presentium post tres menses proxime^l futuros, etiamsi per litteras illorum^m, pro quorum parte venerint, nominenturⁿ et reputentur ambasciatores.

Datum Rome, XII kalendas maii anno quinto¹. Et hanc cedulam idem dominus noster mandavit, ut^o premittitur, publicari^p, Io〈hannes〉 Ostiensis².

¹ 1422 April 20.

² Johannes de Broniaco.

^a Ambasciatores - curiam *Wien 5474 int. 2*

^b dominus *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c ordinat *fehlt Wien 5474 int. 1*

^d curiam Romanam *Wien 5474 int. 1* Romanam curiam

^e venient *Wien 5474 int. 1* venerit

^f sessionibus et aliis *Wien 5474 int. 1* concessionibus

^g et aliis *fehlt Wien 5474 int. 1*

^h ambasciatam *Wien 5474 int. 1* ambasciatum

ⁱ domini nostri *fehlt Wien 5474 int. 1, Wien 5474 int. 2*

^j habetur *Wien 5474 int. 1* habebant

^k qui venturi *Wien 5474 int. 1* aut vacaturi

^l proxime *Wien 5474 int. 1* pro tunc; *Wien 5474 int. 2* proximi

^m illorum *Wien 5474 int. 1* eorum

ⁿ nominentur *Wien 5474 int. 1* vel rementur (!)

^o ut *Wien 5474 int. 1* prout

^p idem dominus noster mandavit, ut premittitur, publicari *Wien 5474 int. 1* mandavit idem dominus noster publicari, prout premittitur

OT 132¹. QUOD ABBAS IN ABSENTIA VICECANCELLARII OMNEM IN IPSIUS ABSENTIA HABEAT POTESTATEM SIGNANDI^a.

Placet sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Martino divina providentia pape quinto^b pro breviori expeditione pauperum et aliorum Romanam^c curiam sequentium, quod abbas sancti Eugendi Iurensis Lugdunensis diocesis² pro reverendissimo in Christo patre domino Iohanne miseratione divina episcopo Ostiensi³ sancte Romane ecclesie vicecancellario Cancellariam apostolicam regens, quamdiu idem dominus vicecancellarius a presenti Roman(a) curi(a) absens extiterit, signet et signare valeat per „Concessum“ omnia illa, que idem dominus vicecancellarius ex suo officio signare consuevit circa potestates per prefatum dominum nostrum papam in scriptis extra constitutiones seu regulas Cancellarie dicto domino vicecancellario in primordio assumptionis ipsius domini nostri specialiter attributis?

Placet, Oddo^{d4}.

Dat(um) Tibure⁵, die tertia idus iulii pontificatus dicti domini nostri pape^e anno quinto⁶.

¹ Vgl. unten ME 9.

² Franciscus de Meez.

³ Johannes de Broniaco.

⁴ Oddo de Columna = Martin V.

⁵ Tivoli, Latium, Italien.

⁶ 1422 Juli 13.

^a Quod - signandi *Wien 5474; VL 4990* De potestate abbatis in absentia vicecancellarii

^b quinto *VL 4990 V*

^c Romanam *fehlt VL 4990*

^d Placet Oddo *fehlt Wien 5474 int. 2*

^e pontificatus dicti domini nostri pape *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 133. TRANSLATIO PATRIARCHATUS^a.

Millesimo quadringentesimo XXII^b, die XVII iulii¹, Tibure^{c2}, sanctissimus dominus noster transtulit dominum^d Iohannem Contarens^{e3} Venetum^f de patriarchatu Constantinopolitano⁴ ad patriarchatum Alexandrinum⁵ et declaravit constitutionem illam concilii Constantiensis

¹ 1422 Juli 17.

² Tivoli, Latium, Italien.

³ Johannes Contareno, bis 1424 Patriarch von Konstantinopel.

⁴ Konstantinopel/Istanbul, Türkei.

⁵ Alexandria, Ägypten.

de prelatibus non transferendis invitibus⁶ intelligi, quando unius prelature esset tantum unus prelatus, sed cum⁹ essent duo in eadem prelatura, tunc declaravit invitum^h etiam posse transferri, ut erat in presenti casu. Et ita mandavit, ut inⁱ consuetis libris scriberetur. Non tamen propter hoc intendit derogare ordinatis in concilio Constantiensi^j.

De mandato domini nostri pape ponatur in libro Cancellarie, Franciscus⁷ abbas⁷.

⁶ Von 1417 Oktober 9, Druck: COD S. 443.

⁷ Franciscus de Meez.

^a Translatio patriarchatus Wien 5474 int. 2

^b Millesimo quadringentesimo XXII Wien 5474 int. 2 MCCCC

^c Tibure Wien 5474 int. 1 Tobure

^d dominum fehlt Wien 5474 int. 2

^e Contarens Wien 5474 int. 1 Centerano

^f Venetum Wien 5474 int. 1 Veneten(sem)

^g cum Wien 5474 int. 1 cuius

^h invitum Wien 5474 int. 1 invitibus; vgl. Eubel, Hierarchia 1 S. 206 Anm. 18.

ⁱ in fehlt Wien 5474 int. 1

^j concilio Constantiensi Wien 5474 int. 1 Constantiensi concilio

OT 134. Item, cum in principio nostre assumptionis super^a ecclesiis et beneficiis comitatus nostri Venaissini¹ sicut aliarum terrarum Romane ecclesie ac deinde civitatis nostre^b Avinionensis² nonnullas regulas, reservationes, declarationes et constitutiones, per quas ecclesias^c et beneficia huiusmodi, qualiacumque et cuiuscumque taxe seu valoris forent, nostre^d et sedis apostolice dispositioni et collationi reservamus cum^e decreto irritante fecerimus, prout in quaterno Cancellarie, in quo etiam presentem cedulam annotari volumus, continetur, nos distantiam, que de hinc ad comitatum et civitatem nostras predictas^f existit, ac tenuitatem et exilitatem reddituum maioris partis^g beneficiorum predictorum, quorum multa etiam nil penitus valent, nisi eis personaliter per illos, quorum sunt, deservatur, nec non expensas, discrimina periculaque^h, que viri ecclesiastici passi sunt hactenus et patenturⁱ in venendo in posterum, attendentes huiusmodi, quod discriminibus et periculis, prout ex debito nobis commissi^j officii astringuntur, occurrere volentes^k voluimus et declaravimus ordinando^l, quod^m, si opus est, nostre intentionisⁿ fuisse et esse, quod nulla deinceps ex ecclesiis et beneficiis huiusmodi, nisi cathedrales, abbatiales et conventuales ecclesie ac prioratus, prepositure ac in eisdem cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis^o ecclesiis principales dignitates fuerint, seu etiam alia inferiora beneficia, etiamsi canonicatus et prebende, dignitates, personatus, administrationes, officia^p, parochiales ecclesie, plebanie aut alia^q quecumque beneficia fuerint, nisi eorundem talium bene-

¹ Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

ficiorum^f inferiorum fructus etc. LX florenorum auri de camera arrendentur^s seu valeant annuatim communiter in portatis, sub reservationibus, regulis, declarationibus et constitutionibus predictis aut earum altera quovis modo comprehendantur seu aliquo modo reservata existant, sed per expectantes^t acceptari et recipi ac per locorum ordinarios aliosque collatores conferri possint et valeant perinde, ac si regule, reservationes, declarationes et constitutiones predictae factae non fuissent. Tibure³, XVI kalendas octobris pontificatus nostri anno V^{u4}.

Fiat de beneficiis non^v excedentibus summam XXV florenorum, Oddo⁵.

Datum Tibure^w, XIII kalendas octobris anno quinto^{x6}.

Ponatur in libro Cancellarie etc.^y, Ioannes⁷ Ostiensis⁷.

² Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

³ Tivoli, Latium, Italien.

⁴ 1422 September 16.

⁵ Oddo de Columna = Martin V.

⁶ 1422 September 18.

⁷ Johannes de Broniaco.

^a super Wien 5474 int. 2 semper

^b nostre Wien 5474 int. 2 nostri

^c ecclesias Wien 5474 int. 1 ecclesia

^d nostre Wien 5474 int. 2 vestre

^e cum Wien 5474 int. 2 dum

^f nostras predictas Wien 5474 int. 1 nostros predictos

^g maioris partis Wien 5474 int. 2 maiorum partium

^h periculaque Wien 5474 int. 1 periculi

ⁱ patentur Wien 5474 int. 1 paterentur

^j nobis commissi Wien 5474 int. 1 commissi nobis

^k volentes Wien 5474 int. 1 nolentes

^l declaramus ordinando Wien 5474 int. 1 ordinavimus declarando

^m quod fehlt Wien 5474 int. 1

ⁿ si opus est, nostre intentionis Wien 5474 int. 1 si opus nostre est intensius

^o collegiatis Wien 5474 int. 1 collegiata

^p officia fehlt Wien 5474 int. 1

^q alia Wien 5474 int. 1 alie

^r beneficiorum Wien 5474 int. 1 beneficium

^s arrendentur Wien 5474 int. 1 arrendantur

^t expectantes Wien 5474 int. 1 exceptantes; Wien 5474 int. 2 expectatantes (!)

^u Tibure - V fehlt Wien 5474 int. 2

^v non fehlt Wien 5474 int. 1

^w Datum Tibure VL 4990 Tibure Dat(um)

^x quinto VL 4990, Wien 5474 int. 1 V

^y etc. fehlt VL 4990, Wien 5474 int. 1

ME 9¹. Placet sanctissimo in Christo patri et domino nostro domino Martino divina providentia pape V pro breviori expeditione pauperum et aliorum curiam Romanam sequentium etc. ut supra, quia ponitur precise in forma eadem regula ex opposito in proximo folio^a?

¹ *Vgl. oben OT 132.*

^a *Layoutendnote*

OT 135. Placet domino nostro, quod abbas monasterii sancti Eugendi Iurensis Lugdunensis diocesis in absentia reverendissimi in Christo patris domini lo episcopi Ostiensis¹ Cancellariam apostolicam regens ultra facultatem sibi pridem concessam et in libro Cancellarie descriptam per totum presentem mensem novembris signet et signare valeat per „Concessum“ quascumque supplicationes gratiarum expectatarum sub dat(a) currenti^a?

¹ *Johannes de Broniaco.*

^a *Layoutendnote*

ME 10¹. PRESENS SEU SEQUENS REGULA SUPRA FO. IIII POSITA EST SIMILITER ET SEQUE(N)S PRESENTIS^a.

Item supplicationes de quibuscumque vacantibus generaliter dispositioni apostolice minime reservatis nec non de vacantibus per contractum matrimonii aut religionis ingressum, dumtaxat valores beneficiorum huiusmodi, si in Italia, XXV et, si in Francia, quinquaginta, si vero in Hispania, L florenorum auri de camera seu librarum Turonensium parvorum et, si in Alania fuerint, XV mar(charum) argenti secundum communem estimationem annuatim non excedant, ita videlicet quod huiusmodi supplicationes manu duorum referendariorum signate seu subscripte per prius existant et post signaturam per datarium, qui in eadem signatura presens erit, si commode fieri possit, alioquin, dum sibi per eundem abbatem sub signeto suo transmittentur, datate sint, alias tales supplicationes nullius penitus sint momenti?

¹ *Vgl. oben OT 112.*

^a *Presens - presentis Wien 5474 int. 2 von jüngerer Hand*

ME 11. Vult insuper idem dominus noster, quod, si contingat signaturam suam concurrere cum signatura dicti domini **abbatis**¹, quod signatura domini nostri alteri preferatur nec in casu huiusmodi concurrentie littere confecte ex signatura ipsius abbati valeant, sed possint in Cancellaria lacerari^a?

¹ *Franciscus de Meez.*

^a *Layoutendnote*

OT 136. Placet insuper eidem domino nostro, quod usque ad dies predictos idem abbas¹ convocatis referendariis signare possit quascumque reformationes gratiarum beneficialium quorumcumque beneficiorum generaliter vel specialiter non reservatorum sedi apostolice aut collationi sue, quascumque gratias novarum provisionum, surrogationum et de^a „Si neutri“ pro quocumque nec non „Perinde valere“ sub dat(a) diei signationis apponenda per datarium, ut moris est, sic tamen quod supplicatio per dominum abbatem signanda prius per duos referendarios et reformatio ad minus per tres referendarios sit signata?

Fiat de omnibus, Oddo².

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, pridie^b nonas novembris anno V³.

¹ *Franciscus de Meez.*

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *1422 November 4. Vgl. dazu Diversa Cameralia 7 fol. 102v-103r: Salvus conductus pro Iohannis de Bronhiaco cardinali Vivariensi.*

^a *de fehlt VL 4990*

^b *pridie VL 4990 II*

OT 138. DE CAUSIS APPELLATIONUM ET QUOD IN COMMISSIONES DEBET EXPRIMI, QUOD INTERLOCUTORIA VIM DIFFINITIVE HABET^a.

Statuimus insuper, quod nulle cause appellationum huiusmodi committantur, nisi in supplicatione commission(is) exprimatur, quod interlocutoria vim^b diffinitive habeat vel gravamen in diffinitiva^c sententia non valeat reparari, et commissiones aliter facte nullius sint momenti. Appellans vero, si in causa appellationis huiusmodi succubuerit^d, viginti^e florenorum auri^f de Camera pena multetur.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, tertia^g idus^h ianuarii anno VIⁱ.

¹ *1423 Januar 11.*

^a *De - habet Wien 5474 int. 2*

-
- ^b vim *Wien 5474 int. 1 unius (!)*
^c diffinitiva *Wien 5474 int. 1 diffi(cili)bus*
^d succubuerit *Wien 5474 int. 1 succumbuerit*
^e viginti *Wien 5474 int. 1 XX*
^f auri *fehlt Wien 5474 int. 1*
^g tertia *Wien 5474 int. 1 III*
^h idus *Wien 5474 int. 1 idem*
ⁱ VI *Wien 5474 int. 1 sexto*

OT 137. Beatissime pater! Cum nonnulli sua beneficia ecclesiastica desiderantes illa ex certis et rationabilibus causis invicem permutare, aliqui videlicet in reverendissimi patris^a domini Iohannis episcopi^b Ostiensis¹ sancte Romane ecclesie vicecancellarii et aliqui vero ipsorum in reverendi patris domini Francisci² abbatis monasterii sancti Eugendi Iurensis^c ordinis sancti Benedicti Lugdunensis diocesis Cancellariam^d sanctitatis vestre pro eodem episcopo de^e mandato vestre sanctitatis^f regentis manibus ex causa permutationis apud sedem apostolicam sponte resignarent ipsique episcopus et abbas resignationibus^g huiusmodi ex officio suo apud sedem apostolicam^h admissis ac collationibus et provisionibus beneficiorum huiusmodi resignantibus ipsis hinc inde iuxta exigentiam permutationum earundem factis supplicationes desuper formatas ex eodem officioⁱ signaverint, ut est moris, ac quondam Lombeuxius^j Combas³, qui dictis resignationibus tabellio seu notarius publicus interfuit et^k eas^l in notam recepit, morte preventus super his publica non conficitur (!) instrumenta ne note huiusmodi^m propter ipsius Lombeuxiiⁿ subitam mortem et scripturarum suarum multitudinem et confusam recollectionem commode haberi^o nequeant, ut aut(em) superiores in publicam formam redegi possint. Et quia, p(ate)r sancte, per signaturam supplicationum huiusmodi de manu episcopi vel abbatis predictorum signatorum et alias legitime in dicta Cancellaria sufficienter constare poterit de resignationibus et aliis premis, ut igitur littere apostolice super permutationibus^p huiusmodi confici et per eandem Cancellariam etiam et pro permutantium ipsorum securitate et cautela in his eis oportuna expediri valeant, dignetur s(anctitas) v(estra) litteras ipsas super quibusvis talibus permutationibus, de quibus per signaturam episcopi vel abbatis^q eorundem et alias legitime in dicta Cancellaria constiterit, perinde expediri mandare ac decernere valere debite suum-que^r sortiri effectum in omnibus et per omnia, ac si resignationes ipse in manibus eiusdem^s sanctitatis vestre facte et per eandem sanctitatem admissae nec non etiam supplicationes ipse desuper per eandem sanctitatem^t signate fuissent, mandantes nihilominus hec habitu-

¹ *Johannes de Broniac.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *Lombeuxius Combas.*

ra per hoc perpetuam firmitatem libro^u Cancellarie fideliter annotari, in contrarium facien(dis) non obstan(tibus) quibuscumque.

Placet de omnibus constituto alias de consensu partium, Oddo⁴.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem etc.^v, decimo septimo^w kalendas ianuarii pontificatus^x anno sexto^{y5}.

Ponatur in libro Cancellarie, Franciscus^{z6} abbas.

⁴ Oddo de Columna = Martin V.

⁵ 1422 Dezember 16.

⁶ Franciscus de Meez.

^a patris Wien 5474 int. 1 patri

^b episcopi fehlt Wien 5474 int. 1

^c lurenensis Wien 5474 int. 1 inrendi in ren. (!)

^d cancellariam Wien 5474 int. 1 cancellarii

^e de Wien 5474 int. 2 aut

^f vestre sanctitatis Wien 5474 int. 1 sanctitatis vestre

^g resignationibus Wien 5474 int. 1 resignantibus

^h apostolicam Wien 5474 int. 1 predictam

ⁱ Wien 5474 int. 1 folgt desuper

^j Lombeuxius Wien 5474 int. 1 Lahenxeius?

^k et Wien 5474 int. 2 ut

^l eas Wien 5474 int. 1 eam

^m publica non conficitur instrumenta ne note huiusmodi fehlt Wien 5474 int. 2

ⁿ Lombeuxii Wien 5474 int. 1 Lombuxi

^o commodè haberi Wien 5474 int. 1 onnondo (!)habere

^p et aliis premissis ut igitur littere apostolice super permutationibus fehlt Wien 5474 int. 2

^q episcopi vel abbatis Wien 5474 int. 2 abbatis vel episcopi

^r suumque Wien 5474 int. 1 que suum

^s eiusdem fehlt Wien 5474 int. 1

^t admissis - sanctitatem fehlt Wien 5474 int. 1

^u libro Wien 5474 int. 1 liberis

^v etc. fehlt Wien 5474 int. 1

^w decimo septimo Wien 5474 int. 2 XII

^x pontificatus fehlt Wien 5474 int. 2

^y sexto Wien 5474 int. 1 primo

^z Ponatur - abbas fehlt Wien 5474 int. 1

OT 140. DE IURE ALICUI CONSTITUTO IN RE^a.

Die mercurii sexto^b kalendas novembris anno sexto^{c1}, decrevit et ordinavit dominus noster, quod per quamcumque signaturam vel mandatum eiusdem domini nostri non intendit tollere ius^d quesitum in re et, si emanet aliqua signatura in contrarium, sit perinde, ac si non emanasset, nisi^e in^f signatura aliter expresse declararet^g.

Et idem^h vult poni et scribi in libroⁱ Cancellarie, lo^{hannes} Ostiensisⁱ².

¹ 1423 Oktober 27.

² Johannes de Broniaco.

^a De iure alicui constituto in re *Wien 5474 int. 2(b)*

^b sexto *Wien 5474 int. 1 VI*

^c sexto *Wien 5474 int. 1 VI*

^d *Wien 5474 int. 2(b) folgt alicui*

^e *Wien 5474 int. 2(b) folgt ipse*

^f *Wien 5474 int. 2(b) folgt sua*

^g declararet *Wien 5474 int. 1 declaret*

^h idem *Wien 5474 int. 2(b) ita*

ⁱ libro *Wien 5474 int. 1 libris*

^j *Wien 5474 int. 2(b) folgt* Auscultata cum certo libro cancellarie, quem credo conformem libro cancellarie apostolice per me **lo. Creyti** litterarum apostolicarum scriptorem et abbreviatorem et concordat / Auscultatur cum libro, quem credo esse conformem libro cancellarie apostolice per me **lohannem de Dyck** litterarum apostolicarum abbreviatorem et concordat. *Es folgt* Cum **uni.(?)**, b(eatissime) p(ater), devotus vester orator Hermannus Pentel canonicus ecclesie Hildeshemensis (= *Hildesheim*) in causa et causis coram r(everendo) p(atre) episcopo Lubicense (= *Lübeck*) et commissario a sacrosancto generali sinodo Basiliense specialiter deputato inter eundem Hermannum ex una et venerabiles dominos prepositum, decanum et capitulum ecclesie Hildeshemensis de et super certis canonicatu et prebenda eiusdem ecclesie et eorum occasione parte ex altera pendentibus indecisis pro verification. et probation. articulorum pro parte sua productorum nec non iur(is) sui foundation. predictis regulis sive constitutionibus indigeat, dignetur igitur **r(everendissimus?)** v(ester) p(aternitas) duobus ex abbreviatoribus committere et mandare, ut suprascriptis constitutionibus in forma solita cum quaterno regularum sive constitutionum cancellarie apostolice auscultent et, si eas concordare repererint, ex tunc eisdem? se subscribant ipsisque subscriptis **per vestram beatitudinem** easdem signet et sub signeto **p(aternitatis) v(estre)**, ut moris <est>, et signari faciat, adeo quod ipsis in iudicio et extra stetur et fides plenaria adhibeatur perinde, ac si in Romana curia de libro cancellarie scripte et de eadem collationate et subscripte et sub signeto vicecancellarii Romane curie, ut moris est, signate fuissent, constitutionibus apostolicis, stilo palatii etc. et aliis in contrarium facien(dis) non obstantibus quibuscumque.

Potestas data de novo domino vicecancellario^a

^a Potestas - vicecancellario *Wien 5474 int. 1, Wien 5474 int. 2*

OT 143¹. Placet domino nostro, quod dominus vicecancellarius ultra alias^a potestates sibi datas et in libro apostolice Cancellarie descriptas^b signet per „Concessum“ quascumque supplicationes de^c quibuscumque beneficiis^d dispositioni apostolice generaliter minime reservatis, etiam per constitutionem „Execrabilis²“ aut alias quovis modo vacantibus et, si in Italia, cuiuscumque annui valoris^e existant, si vero in Francia vel Hispaniarum^f partibus, centum librarum Turonensium parvorum seu florenorum auri de camera et, si in Almania huiusmodi beneficia fuerint, XXV^g marcharum argenti eorum^h fructus etc.ⁱ communi extimatione valorem annum non^j excedunt^k, ita videlicet quod huiusmodi supplicationes manibus^l duorum referendariorum signate seu subscripte^m priusⁿ existant et post signaturam dicti^o vicecancellarii per datarium^p, qui in ea, si commode fieri possit, presens sit, alioquin, dum sibi per eundem vicecancellarium sub signeto^q suo transmittentur^r, datate existant, alias tales supplicationes nullius penitus sint momenti?

¹ In *Wien 5474 int. 1* zweimal vorhanden: fol. 116v (= a) und 118v (= b).

² *Extravag. Jo. XXII. 3.1 = Extravag. com. 3.2.4.*

-
- ^a alias *Wien 5474 int. 1(a)* alia
^b descriptas *Wien 5474 int. 1(b)* scriptas
^c de *Wien 5474 int. 1(a)* et
^d beneficiis *Wien 5474 int. 1(a)* beneficia
^e *Wien 5474 int. 1(a+b)* folgt fructus etc. huiusmodi beneficiorum
^f Hispaniarum *Wien 5474 int. 1(a)* Hispaniorum
^g XXV *Wien 5474 int. 1(a)* viginti quinque
^h eorum *Wien 5474 int. 2* etiam
ⁱ *Wien 5474 int. 1(b)* folgt tales
^j non *Wien 5474 int. 1(a)* omnino
^k excedunt *Wien 5474 int. 1(a)* excedant
^l manibus *Wien 5474 int. 1(a+b)* manu
^m subscripte *Wien 5474 int. 1(a)* superscripte; *Wien 5474 int. 1(b)* suprascripte
ⁿ prius *fehlt Wien 5474 int. 1(b)*; *Wien 5474 int. 1(a)* per presens
^o *Wien 5474 int. 1(b)* folgt domini
^p datarium *Wien 5474 int. 1(b)* dastrium (!)
^q signeto *Wien 5474 int. 1(b)* sigillo
^r transmittentur *Wien 5474 int. 1(a)* transivit tenetur; *Wien 5474 int. 2* transmittetur

OT 144. Item placet eidem^a domino nostro, quod ipse vicecancellarius signet quascumque supplicationes surrogationum pro collitigante^b et „Si neutri“ aut^c pro apostolico vel magis idoneo ac novas provisiones, dummodo beneficia, super quibus huiusmodi surrogationes, „Si neutri“ et nove provisiones impetrentur, non sint, ut preferatur, dispositioni apostolice reservata^d sintque supplicationes prius signate per duos referendarios et dentur, prout superius continetur?

-
- ^a eidem *Wien 5474 int. 2* idem
^b collitigante *Wien 5474 int. 2* collitiganti
^c aut *Wien 5474 int. 1* etiam per // collegan(..) aut
^d non sint - reservata *fehlt Wien 5474 int. 2*

ME 12^{a1}. Vult tamen idem dominus noster, quod, si signaturam suam cum signatura dicti domini vicecancellarii concurrere contingat^b, quod signatura ipsius domini nostri alteri preferatur^c nec in casu huiusmodi concurrentie littere confecte ex^d signatura^e ipsius vicecancellarii valeant, sed possint in Cancellaria lacerari?

¹ *Vgl. oben OT 113.*

-
- ^a *Wien 5474 int. 2 über diesem von der gleichen jüngeren Hand durchgestrichenen Eintrag supra scripta est (= OT 113), was falsch ist, da die beiden Texte und ihr Zusammenhang nicht identisch sind*
^b signaturam suam cum signatura dicti domini vicecancellarii concurrere contingat *Wien 5474 int. 1* contingat signaturam suam concurrere cum signatura dicti domini vicecancellarii
^c preferatur *Wien 5474 int. 1* prefatur
^d confecte ex *Wien 5474 int. 1* conferende
^e signatura *Wien 5474 int. 1* signatam

OT 145. Item, quod possit signare dispensationes super defectu etatis ad beneficium curatum obtinendum, etiamsi parochialis ecclesia vel eius perpetua vicaria existat, de tribus

annis et dispensare cum patientibus defectum etatis parochiales ecclesias vel alia beneficia curata impetrantibus similiter de tribus annis?

OT 146. Item, quod signet dispensationes pro patientibus defectum natalium de soluto et soluta vel presbitero et^a soluta aut soluto^b et coniugata dumtaxat genitis, cum quibus alias fuerit vel non fuerit auctoritate ordinaria dispensatum, ad minores ordines et ad unicum beneficium obtinendum et^c ad omnes sacros etiam ordines se rite promoveri facere et duo alia beneficia ecclesiastica se invicem compatientia valeant retinere?

^a et *Wien 5474 int. 1* aut

^b soluto *Wien 5474 int. 1* soluta

^c et *Wien 5474 int. 2* ut

OT 147. Item, quod possit mutare collationes beneficiorum in gratiis expectativis quibuscumque expectantibus in eodem regno dumtaxat et non ad collationes^a alterius^b nationis vel regni, de quo expectans ipse oriundus non fuerit?

^a collationes *Wien 5474 int. 1* collationem

^b alterius *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 148. Item^a placet dicto domino nostro, quod idem vicecancellarius in beneficiis vacantibus etiam generaliter reservatis signet reformationes sub data currenti^b, quando fuisset erratum in valore ipsius beneficii aut non obstantiis^c impetrantium et eorum valore, et quod possit huiusmodi valorem exprimere, possit etiam gratias signare „Perinde valere“ super premissis sub data currenti, ita tamen^d quod omnes huiusmodi supplicationes et reformationes per ipsum dominum vicecancellarium signande sint prius subscripte^e manu duorum referendariorum, qui eas^f prius examinent diligenter, si eis rationabiles videantur?

Placet de omnibus usque ad kalendas^g novembris¹ et ponatur in libro Cancellarie, O<ddo>^{h2}.

¹ (1423) November 1.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Wien 5474 int. 2* folgt quod

^b currenti *Wien 5474 int. 1* currente

^c obstantiis *Wien 5474 int. 1* obstantibus

^d tamen *fehlt Wien 5474 int. 2*

^e subscripte *Wien 5474 int. 2* superscripte

^f eas *Wien 5474 int. 2* eos

^g *Wien 5474 int. 1* folgt 3 (!)

^h O<ddo> *Wien 5474 int. 2* Ostien(sis)

Druck: TANGL, KO S. 160 Nr. 30 (nach Marginalie in BL 2825, fol. 143v am unteren Blattrand, kollationiert 22.10.15); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 9 Nr. 30.

OT 149¹. PROROGATIO TEMPORIS PRO SCRIPTORIBUS DE VENIENDO AD CURIAM ET RESIDEND(O) IN EISDEM^a (!).

Sanctissimus dominus noster Martinus divina providentia^b papa quintus^c, Il kalendas martii pontificatus sui anno septimo², prorogavit terminum absentibus apostolicarum et sacre Penitentie^d litterarum scriptoribus, qui infra annum iuxta formam constitutionis per sanctitatem suam^e super hoc edite³ ad Romanam curiam^f non venerint^g, ad tres menses dumtaxat immediate sequentes, infra quos scriptores ipsi absentes ad ipsam curiam redire et in ea iuxta formam constitutionis eiusdem et sub penis in ea^h contentis debeant residere.

Et ita mandavitⁱ dominus noster poni in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis⁴.

¹ Diese Regel kommt in Paris 4172 nach TA 14.

² 1424 Februar 29.

³ Vgl. unten Extravaganten TA 14-16 (Martins V. Reformkonstitution Romani pontificis vom 1. März 1423). Vgl. auch TANGL, KO S. 160 Nr. XXX.

⁴ Johannes de Broniaco.

^a Prorogatio - eisdem Wien 5474 int. 2

^b divina providentia fehlt Wien 5474 int. 2

^c quintus VL 6343, Paris 4172, Wien 5474 int. 2 V

^d litterarum apostolicarum et sacre Penitentie litterarie Wien 5474 int. 1 apostolicarum et sacre Penitentie litterarum

^e suam fehlt Wien 5474 int. 1

^f curiam fehlt VL 6343

^g venerint VL 6343 venirent

^h ea Wien 5474 int. 2 eis

ⁱ BL 2825, VL 6343, Paris 4172, Wien 5474 int. 1 folgt idem

^j BL 2825 folgt Verweiszeichen auf die lange Marginalie auf fol. 144r, die am oberen und rechten Rand steht (die erste Zeile ist beschnitten) Vgl. Transkription unten in der Datei = ME 52

ME 48 (NACH VL 3983 FOL. 144R-V; KOLLATIONIERT MIT PARIS 319). PREROGATIVA PARISIEN(SIBUS) CONCESSA QUOAD GRATIAS EXPECTATIVAS EIS DE ANNO VII MENSIS APRILIS FACTAS, QUA PREFERUNTUR ALIIS IN PARI VEL MAIORI DAT(A), CERTIS EXCEPTIS. ISTA PREROGATIVA NON CONTINETUR IN LIBRO CANCELLARIE ETIAM AD PARTES PER BULLAS EXPEDITI(AS)^a. (GRAUES NUR IN PARIS)

Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Dum in mente nostra revolvimus et attenta meditatione pensamus, quod per litterarum studia viri efficiuntur prodonei^b (!), quarum^c salutarum disciplinaⁿdi^d letificat civitatem, ad hoc libenter inducuntur^e,

ut eorum statui et opportunitatibus per nostre provisionis ministerium favorabiliter consulatur. Hinc est, quod nos ad dilectos filios rectorem et universitatem christianissimi^f et celeberrimi studii Parisiensis, qui per acquirenda scientie margarita indefessis curis semper intendant, contentus^g? nec immerito christiane^h caritatis et dilectionis affectum et cupiensⁱ, ut ipsi rector et universitas pro statu honoreque nostre et Romane ecclesie in partibus illis et ferventius invigilent et laborent, quo ampliori apostolice sedis gratia et prerogativa se noverint coniunctos^j **eorumquoque** in hac parte supplicationibus inclinati in favorem et pro incremento universitatis^k eiusdem volumus et apostolica auctoritate tenore presentium statuimus et etiam ordinamus, quod hac vice dumtaxat magistri

folgendes nur in *Paris 319*: **in theologia ac in decretis doctores nen non in medicina et artibus etiam magistri**

in rotulo universitatis huiusmodi, qui super expectativis gratiis per nos sub dat(a) IIII kalendas aprilis pontificatus nostri anno septimo¹ p(ri)dem^l signat(us) fuit, quam dat(am) perinde valere volumus, ac si idem rotulus sub dat(a) IIII kalendas februarii eiusdem pontificatus anno primo² per nos signatus fuisset, descripti et quos universitas ipsa actu et sine fraude in loco dicti studii presentes reputat, quique in loco ipso in aliqua facultate graduati sunt, quilibet videlicet eorum in assecutione unius beneficii vigore gratiarum huiusmodi nec non desuper conficiendarum litterarum, etiamsi ad plures collationes sive ecclesias fuerint expectantes, sibi in locis suarum nationum conferendi omnibus aliis similes vel dissimiles sub pari seu potiori dat(a) quascumque etiam cum ipsarum extensionibus gratias expectativas habentibus aut per illas aut quarumlibet facultatum et nominationum obtentu quecumque etiam^m beneficia expectantibus, etiamsi in aliquarum ecclesiarum canonicos proptereaⁿ recepti sint, omnino^o preferantur, exceptis tamen dilectis filiis duobus dicte sedis notariis, quattuor referendariis et tribus secretariis, correctore litterarum apostolicarum, duobus subdiaconis, duobus cubiculariis, duobus Camere apostolice clericis, duobus acolitis simul unico conte(m)ptu^p in Cancellaria apostolica nominandis nec non Camere predicte et omnibus Palatii apostolici causarum auditoribus ac venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium singulisque^q, qui eis in Romana curia personaliter^r servierint, XXIII^s familiaribus domesticis continuis commensalibus per eosdem cardinales ac sex nostri camerarii vel vicecancellarii familiaribus per eorum aliquem et quattuor presentibus^t in dicta Cancellaria venerabili fratri nostri Iohanni³ episcopo Ostiensi eiusdem ecclesie

¹ 1424 März 29.

² 1418 Januar 29.

³ Johannes de Broniaco.

vicecancellario seu eius locumtenenti pro tempore existenti in expeditione^u litterarum^y apostolicarum huiusmodi^w existentibus^x, quattuor aliis abbreviatoribus et quindecim scriptoribus ipsarum litterarum apostolicarum per dictum vicecancellarium etiam nominandis, ut prefertur, ac in libro ipsius Cancellarie describendis nec non familiaribus nostris domesticis et continuis commensalibus cardinalium quoque^y eorundem nepotibus ac carissimorum in Christo filiorum nostrorum imperatorum^z et regum nec non dilectorum filiorum nobilium virorum ducum et ipsorum conthoraliu[m] fratribus, filiis, nepotibus, familiaribus^{aa} domesticis actu et continuo illorum servitiis insistentibus ac eorum in dicta curia continue residentibus procuratoribus nec non singulis generalium studiorum universitatum, qui cum illarum principalibus rotulis se personaliter nostro conspectu presentaverunt seu in posterum presentabunt, nuntiis, qui omnes superius excepti sunt, in propriis personis beneficiorum ecclesiasticorum capaces et actu suis officiis in^{bb} huiusmodi servitiis insistentes, quibus quoad plenum sortiendum^{cc} effectum unius gratie expectative vel eius extensionis

ipsis concessisse vel in posterum concedende

, quam in suarum nationum locis pro tempore obtinuerint, per huiusmodi voluntatem, statutum et ordinationem nullum intendimus quomodolibet preiudicium generari, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis, statuti, ordinationis, intentionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, kalendis aprilis pontificatus nostri^{dd} anno septimo⁴. Correct(us) auctoritate propria^{ee}.

Gratis de mandato domini nostri pape.

G. de Callio^{ff}.

⁴ 1424 April 1.

^a *Ottenthal setzt den ersten Satz dieser Rubrik zu OT 149a.*

^b *prodonei Paris 319 idonei*

^c *quarum Paris 319 quorum*

^d *salutarum disciplina[n]di Paris 319 salutaris disciplina Dei*

^e *inducuntur Paris 319 inducimur*

^f *christianissimi Paris 319 prestantissimi*

^g *contentus Paris 319 gerentes*

^h *christiane Paris 319 paterne*

ⁱ *cupiens Paris 319 cupientes*

^j *coniunctos Paris 319 communitos?*

^k *folgt unterpunktet predict(is)*
^l *p(ri)dem fehlt Paris 319*
^m *etiam Paris 319 ecclesiastica*
ⁿ *propterea fehlt Paris 319*
^o *omnino VL 3983 omnia*
^p *unico contem̄ptu Paris 319 unicoque contextu*
^q *singulisque Paris 319 singulis*
^r *personaliter Paris 319 presentialiter*
^s *XXVIII Paris 319 vigintiquattuor*
^t *presentibus Paris 319 presidentibus*
^u *Paris 319 folgt huiusmodi*
^v *VL 3983 folgt huiusmodi*
^w *huiusmodi fehlt Paris 319*
^x *existentibus Paris 319 assistentibus*
^y *quoque VL 3983 que*
^z *imperatorum Paris 319 imperatoris*
^{aa} *familiaribus Paris 319 familiaribusque*
^{bb} *in Paris 319 et*
^{cc} *sortiendum fehlt VL 3983*
^{dd} *pontificatus nostri fehlt VL 3983*
^{ee} *Correct(us) auctoritate propria fehlt Paris 319*
^{ff} *Gratis - Callio nur Paris 319*

Druck: *Bulaeus, Historia universitatis Parisiensis* 5 S. 369-373 (B).

Der Text bei Bulaeus beginnt mit:

Universis et singulis Iohannes¹ miseratione divina episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius salutem in Domino et presentibus fidem indubiam adhibere, quia pium existimamus et rationi fore consonum perhibere testimonium veritati, ad universitatis vestre notitiam tenore presentium deducimus et firmiter attestamus, quod sanctissimus in Christo pater et dominus noster Martinus divina providentia papa V in favorem et pro incremento universitatis studii Parisiensis doctoribus et magistris in rotulo dicti studii per eundem dominum nostrum papam sub data 4. kalendas aprilis pontificatus sui anno 7² signato descriptis concessit certos articulos, qui de mandato ipsius domini nostri pape die 15 mensis maii pontificatus eiusdem anno predicto³ in Camera apostolica publicati fuerunt et quorum tenores sequuntur in hunc modum.

OT 149a (*nach VL 3983 fol. 145v-147v*). **(1)** Ad vestre sanctitatis celsitudinem, pater beatissime, presentem rotulum supplicationum quarundem generalium et specialium transmittit vestra humilis et devota filia primogenita universitas Parisiensis, que quamquam^a ob ipsius in ecclesiam labores equalem^b premii dulcedinem a munifica v(estra) s(anctitate)

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *1424 März 29. Dieses Datum von OTTENTHAL S. 225 Nr. 149a übernommen.*

³ *1424 Mai 15.*

reportare non dubitet, plus tamen in paterna benivolentissime liberalitatis vestre gratia quam in meritis propriis post Deum spem reponit, et eo ipso confidentius, quia^c gratiarum ab ipsa petitarum obtentu ecclesie commodo et pacis eiusdem integre reformationi amplius quam proprie utilitati studet in servire ipsum^d. Igitur paterna vestra dilectio suscipere dignetur supplicationesque infrascriptas manu vestra beatissima signare et, prout petitur, concedere ac litteras apostolicas super eisdem expediri mandare cum prerogativis inferius scriptis et clausulis oportunis, ut in forma, nec non et^e ipsius portitores ad vestram s(anctitatem) pro parte prefate humilis et devote vestre filie universitatis Parisiensis destinatos solite paternitatis vestre beneplacito suscipiat, placide audiat, benigne foveat e(adem) s(anctitas) v(estra) ipsorumque dict(is) fidem plenariam adhibendo. Sequuntur articuli communes.

^a quamquam VL 3983 quemque

^b equalem VL 3983 aliqualem

^c quia VL 3983 quo

^d Ipsum (B) In primis

^e et fehlt VL 3983

OT 149a (2). Primo^a dignetur e(adem)^b s(anctitas) v(estra) presentem rotulum et contenta in eo solito more sue clementie benigne recipere et defectus tam iuris quam facti ac ignorantie, si qui forsitan in eo reperiantur, misericorditer supplere.

Fiat, ut petitur, pro porrigentibus supplication(em) etiam vicecancellario.

^a Primo fehlt (B)

^b eadem fehlt (B)

OT 149a (3). Item dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) omnibus et singulis magistris, doctoribus et graduatis in presenti rotulo contentis et descriptis concedere facultatem eligendi, quotienscumque voluerunt, confessorem idoneum vel plures simul vel successive, qui possit eos et eorum singulos absolvere ab omnibus peccatis suis et etiam plenam indulgentiam saltem semel in mortis articulo eisdem concedere, quodque^a idem magistri et graduati possint dicere servitium divinum ad et secundum usum Romane, Parisiensis aut alterius beneficiorum suorum ecclesiarum, prout eis videbitur expedire^b.

Fiat de omnibus et pro omnibus in forma, O(ddd)^{c1}.

¹ Oddo de Columna = Martin V.

^a VL 3983 folgt e

^b quodque - expedire (B) (!)

^c *Oddo fehlt (B)*

OT 149a (4). Item dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) supplicationes pro gratiis obtinendis infrascript(as) et presentem rotulum sub dat(a) competen(ti) solitaque Romanorum pontificum predecessorum vestrorum clementia cum prerogativa dat(e) ante omnes universitates quorumcumque studiorum generalium signare et litteras expediri mandare.

Fiat, ut in primo rotulo, O<ddo>^{a1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Oddo fehlt (B)*

OT 149a (5). Item, quod omnes et singuli magistri, doctores et graduati in presenti rotulo descripti, qui post dat(am)^a huiusmodi rotuli a s(anctitate) v(estra), ut speratur^b, obtinend(am) dignitates in ecclesiis cathedralibus aut collegiatis vel beneficia curata obtinuerint, possint et valeant uti cum effectu gratiis in presenti rotulo per e(andem) s(anctitatem), ut speratur, sibi faciendis etiam quoad dignitates et beneficia sic prius obtenta similia vel de iure, statuto vel de consuetudine incompatibilia sub suis gratiis cadentia nec quoad ea censeantur eorum gratie expirasse, immo potius in sui roboris firmitate manere, quodque huiusmodi beneficia^c incompatibilia simul assequi et retinere valeant usque ad quinquennium et interim alterum ipsorum, quod maluerint, cum alio vel aliis beneficio seu beneficiis compatibili^d seu compatilibus permutare.

Fiat, ut petitur, pro omnibus, O<ddo>^{e1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *VL 3983 folgt unterpunktet presen.*

^b *VL 3983 folgt durchgestrichen sign.*

^c *beneficia fehlt (B)*

^d *compatibili (B) incompatibili*

^e *Oddo fehlt (B)*

OT 149a (6). Item, cum^a presens rotulus pro presentibus in studio Parisiensi et in eorum favorem, qui ibidem se et sua exponunt studiis invigilando, principaliter s(anctitati) v(estre) present(etur), dignetur e(adem) s(anctitas) concedere, quod^b in assecutione beneficiorum quorumcumque, qualiumcumque et ubicumque consistentium presentes in dicto studio Parisiensi vigore gratiarum in presenti rotulo, ut speramus, faciendarum absentibus quibuscumque preferantur, quacumque iuris aut concessionis specialis prerogativa dictorum

absen(tium) non obstan(te). Dicti tamen absen(tes) in presenti rotulo descripti omnibus et singulis concessionibus et antelationibus presentium uti et gaudere valeant cum effectu absque preiudicio dictorum presentium, illis dumtaxat exceptis, qui presentes prima presentia in primo rotulo a s(anctitate) v(estra) signato sub dat(a) IIII kalendas februarii anno primo¹ per ipsam universitatem reputentur, quibus tempore presentationis huiusmodi rotuli de beneficio seu beneficiis ecclesiasticis vigore gratiarum in dicto primo rotulo ab e(adem) s(anctitate) factarum minime^c provisum extitit.

Fiat, ut petitur, O^{ddo}^{d2}.

¹ 1418 Januar 29.

² Oddo de Columna = Martin V.

^a cum fehlt (B)

^b quod VL 3983 qui

^c minime (B) nunc

^d Oddo fehlt (B)

OT 149a (7). Item, quod magistri, quos universitas reputat presentes, omnibus absentibus preferantur, cum modificatione^a articuli preceden(tis).

Fiat, ut petitur, et nominentur infra annum, O^{ddo}^{b1}.

¹ Oddo de Columna = Martin V.

^a modificatione (B) ... (!)

^b Oddo fehlt (B)

OT 149a (8). Item, cum eadem universitas dictorum magistrorum, doctorum et graduatorum in presenti rotulo descriptorum presentiam vel absen(tiam) cognoverit, dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) illos solum reputare in presenti rotulo presentes, quos universitas conformiter ad suas constitutiones presentes reputaverit^a aut reputavit.

Fiat, O^{ddo}^{b1}.

¹ Oddo de Columna = Martin V.

^a reputaverit (B) reputavit

^b Oddo fehlt (B)

OT 149a (9). Item, cum tempore date presentis rotuli a s(anctitate) v(estra), ut speramus, obtinende nonnulli de magistris antedictis in eodem rotulo descriptis, magistri, doctores aut alias, prout in eorum supplication(ibus) nominantur, graduati, presbiteri aliisve sacris ordi-

nibus constituti aut alio quocumque prerogativarum genere communiti minime fuissent aut essent, prout sunt tempore presentationis eiusdem, dignetur s(anctitas) v(estra) decernere gratias in eodem rotulo sibi concedendas et litteras inde conficiendas perinde^a quoad eorum totalem effectum valere, ac si tempore dat(e) huiusmodi rotuli gradibus, ordinibus aut qualitatibus constituti essent tempore presentationis eiusdem.

Fiat singulariter pro omnibus, O^{ddo}^{b1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a perinde (B) providere

^b *Oddo fehlt (B)*

OT 149a (10). Item dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) concedere omnibus doctoribus, magistris, graduatis et scholaribus Parisius^a, quod tam agendo quam defendendo in causis beneficialibus seu aliis spiritualibus finis perpetuo Parisius imponatur ad hoc dando tres iudices apostolicos, puta conservatorem privilegiorum universitatis Parisiensis, abbates Sancti Germani de Pratis et Sancte Genoveve, et ultra non protendatur appellatio nec alibi quam^b ad eas.

Fiat, in prima instantia, O^{ddo}^{c1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a Parisius (B) Parisienses

^b quam (B) quod

^c *Oddo fehlt (B)*

OT 149a (11). Item, quod, si forsitan nonnullos in presenti rotulo descriptos de beneficiis quibuscumque et qualibuscumque etiam ubicumque^a locorum consistentibus, que^b tempore date presentis rotuli obtinebant sive obtinere contendebant, de aliisve qualitatibus quibuscumque personas^c eorum aut gratias per respectum ad dat(am) huiusmodi concernen(tibus) et a^d gratiis sibi faciend(is), ut petunt, si fuissent expresse a^e s(anctitate) v(estra) quomodolibet retrahere valen(tibus), que tamen qualitates et beneficia tempore presentationis eiusdem rotuli sibi competere^f personas seu gratias eorundem concernere, ne desierant^g in supplication(ibus) sui(s) mention(em) seu expressionem minime fecisse aut etiam de beneficiis huiusmodi, que tempore confectionis eiusdem rotuli obtinebant seu obtinere contendebant, de aliisve qualitatibus quibuscumque personas eorum aut gratias per respectum ad dat(am), ut prefertur, concernen(tibus) et ad gratias obtinendas, ut petunt, e(andem) s(anctitatem) v(estram) quovis modo monere^h volen(tibus)ⁱ, que t(ame)n^j

qualitates et beneficia tempore date huiusmodi rotuli nec sibi competebant nec eorum gratiis aut personis, ut prefertur, conveniebant, in suis dict(is) supplication(ibus) mentionem per inadvertentiam fecisse contigerit, per huiusmodi veritatis suppression(em) vel falsitat(is)^k expression(em) per respectum ad dat(am) huiusmodi contingen(tibus) gratie eorundem minime subreptitie aut alias invalide censeantur, quinimo robur firmitatis his non obstan(tibus) obtinere censeantur^l.

Fiat pro omnibus, O<ddo>^{m1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a ubicumque VL 3983 ubique

^b que VL 3983 qui

^c personas (B) personis

^d a (B) de

^e a *fehlt* (B)

^f VL 3983 *folgt durchgestrichen* rotulos

^g desierant (B) desiderant

^h monere (B) movere (VL 3983 *beides lesbar*)

ⁱ volen(tibus) (B) valen(tibus)

^j *folgt durchgestrichen* pn.?

^k falsitatis (B) formalitatis

^l censeantur VL 3983 concernant

^m pro omnibus Oddo *fehlt* (B)

OT 149a (12). Item, quod omnes et singuli magistri, doctores et graduati in presenti rotulo contenti, quibus per eandem s(anctitatem)^a fuerunt in hoc rotulo gratie concesse de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, officium aut administratio etc. fuerint, vigore gratiarum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem aut officium sub huiusmodi gratiis caden(tes)^b unacum canonicatu et prebenda unius et eiusdem ecclesie, sive simul^c sive successive vacaverint, obtinere valeant et retinere, sic quod dignitas, personatus, officium, administratio huiusmodi et canonicatus et prebenda pro uno beneficio reputentur.

Fiat pro petentibus, O<ddo>^{d1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a (B) *folgt vestram*

^b caden(tes) (B) eadem

^c simul VL 3983 semel

^d pro petentibus Oddo *fehlt* (B)

OT 149a (13). Item, quod in assecutionibus^a eorum beneficiorum quorumcumque, qualiumcumque^b et ubicumque locorum existentium vigore gratiarum in presenti rotulo conce-

dendarum magis graduatus minus graduato preferatur, qualibet iuris aut concession(is) specialis prerogativa minus graduati non obstan(te), salvo tamen perintegre articulo de presentibus reputat(is) absentibus quibuscumque preferend(is).

Fiat pro omnibus, O^{ddo}^{c1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a assecutionibus (B) assecutione

^b qualiumcumque *fehlt* (B)

^c *Oddo fehlt* (B)

OT 149a (14). Item, quod in singulis facultatibus et nationibus ordo rotuli inrotulorum servetur. Duobus autem aut pluribus diversarum facultatum et nationum concurren(tibus) ordo inter eos penes antiquitatem gradus attendatur, sic quod antiquior in gradu, ratione cuius in rotulo describitur, iuniori in eodem gradu preferatur, quacumque iuris aut concessionis specialis prerogativa iuniorum aut posteriorum inrotulorum non obstan(te), salvis tamen omnibus articulis suprascriptis de magis graduatis et minus graduatis et pro presentibus reputatis absentibus quibuscumque preferend(is).

Fiat, ut petitur, O^{ddo}^{a1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Oddo fehlt* (B)

OT 149a (15). Item, quod omnibus et singulis magistris^a in presenti rotulo descriptis licet^b absque nova supplicatione seu reformatione in levatione bullarum circa collationem petitam variare et ad aliam, si sibi placuerit, bullas expediri facere.

Fiat in eadem natione^c, O^{ddo}^{d1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a magistris *fehlt* VL 3983

^b licet (B) liceat

^c natione (B) ratione

^d *Oddo fehlt* (B)

OT 149a (16). Item dignetur s(anctitas) v(estra) cum non habentibus etatem debitam ad beneficia cum cura, dignitates, personatus, administrationes ac officia obtinend(a) de tribus annis^a dispensare cum non obstant(ibus) necessariis et oportunis^b, ut in forma.

Fiat singulariter pro indigentibus, O^{ddo}^{c1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *VL 3983 folgt unterpunktet* obtinend(..)

^b *necessariis et oportunis* *fehlt (B)*

^c *Oddo* *fehlt (B)*

OT 149a (17). Item, quod religiosi cuiuscumque monasterialis aut alias regularis ordinis magistri in theologia vel doctores in decretis aut alias graduati et in presenti rotulo descripti gaudeant gratiis expectativis et ad quecumque beneficia vel officia regularia et etiam omnibus similibus^a et singulis prerogativis, quibus uti et gaudere valebunt magistri et doctores seculares in eisdem gradibus constituti et in presenti rotulo descripti.

Fiat, O^{ddo}^{b1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *similibus* *fehlt (B)*

^b *Oddo* *fehlt (B)*

OT 149a (18). Item, si aliquis magistrorum inceptorum ad unam collationem duas aut plures disiunctive aut copulative sibi supplicaverit provideri, dignetur e(adem) s(anctitas) concedere, quod prefati magistri bullas suas possint levare ad duas collationes copulative et obtinere ad duas collationes, etiamsi illud in supplicatione speciali non fuerit expressum.

Fiat pro omnibus scriptis in rotulo, O^{ddo}^{a1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Oddo* *fehlt (B)*

OT 149a (19). Item, quod magistri infrascripti^a possint et valeant litteras apostolicas super gratiis per s(anctitatem) v(estram) sibi faciend(is) ad quamcumque taxam expedire seu expediri facere.

Fiat pro omnibus secundum regulas Cancellarie.

^a *infrascripti VL 3983* *infrascripte*

OT 149a (20). Item, cum nonnulli doctores et magistri infrascripti a s(anctitate) v(estra) gratias expectativas obtinuerint in primo et principali^a rotulo dicte universitatis per

s(anctitatem) v(estram) sub dat(a) IIII kalendas februarii anno primo¹ signato, quibus vigore earundem gratiarum de beneficiis ecclesiasticis minime provisum extitit, dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) eisdem concedere, quod dictis gratiis uti et gaudere valeant unacum gratiis in presenti rotulo per e(andem) s(anctitatem) v(estram), ut speramus, faciend(is), salvis tamen perintegre articulis superius expressis.

Fiat pro omnibus et quibus non est provisum in primo rotulo, O<ddo>^{b2}.

¹ 1418 Januar 29.

² Oddo de Columna = Martin V.

^a VL 3983 folgt unterpunktet mandato

^b Oddo fehlt (B)

OT 149a (21). Item dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) concedere, quod XIII bedelli principales dicte universitatis in suis personis beneficiorum ecclesiasticorum capaces uti et gaudere valeant prerogativis per e(andem) s(anctitatem) v(estram) doctoribus et magistris infrascriptis, ut speramus, concedend(is) absque tamen preiudicio doctorum et^a magistrorum infrascriptorum.

Fiat, si alias fuerint exempti, O<ddo>^{b1}.

Publicate et mihi tradite in Cancellaria, die XV, que fuit id<ib>us^c maii anno septimo², M<ichelinus> de Novaria³.

Bei Bulaeus folgt nach anno septimo:

3. die non. prescriptos autem articulos ad venerabilis viri **m.** Iohannis Heruaei Corisopitensis⁴ diocesis magistri in artibus et baccalarii in theologia, qui eisdem articulis indigere se asserebat, instantiam ex certo libro dicte Cancellarie de verbo ad verbum transcribi et presentibus nostris litteris annotari fecimus easdemque presentes in testimonium premissorum prefato m. Iohanni concessimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Rome in domo habitationis nostre, anno a nativitate domini 1424 indictione 2, die vero 25 maii pontificatus prefati domini nostri pape anno 7⁵, signatum Furseus[?].

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² 1424 Mai 15.

³ Michelinus de Zafferis de Novaria.

⁴ Quimper, Bretagne, Frankreich.

⁵ 1424 Mai 25.

^a doctorum et (B) dictorum

^b Oddo fehlt (B)

^c id*ib*us (B) predicti

OT 150. REVALIDATIO GRATIARUM EXPECTATIVARUM DE ANNO VII IN EA REVOCATARUM^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus^b plurimorum instantia requisitus voluit et ordinavit, quod gratie expectative per ipsum a die septimo^c kalendas maii pontificatus sui anno VII^{d1} signande et concedende in posterum quibuscumque personis habeantur perinde, ac si vere essent concesse et signate sub data pontificatus sui anno primo, ita videlicet quod illi, qui gratias huiusmodi sub dat(a) pontificatus sui anno^e septimo vel ex tunc in antea obtinebunt, concurrant, postponantur et preferantur secundum ordinem dat(e), prerogativas, qualitates et gradus personarum illis, qui^f sub dat(a) pontificatus sui anno primo vel ex tunc usque ad septimum huiusmodi annum^g exclusive gratias expectativas obtinuerunt^h et qui litteras et processus super huiusmodi gratiis fieri feceruntⁱ vel facient infra annum a tempore publicationis presentis constitutionis computand(um), salvo quod in paritate dat(arum) et prerogativarum illi, qui obtinuerunt gratias expectativas sub dat(a) pontificatus sui anno primo, dummodo super his^j litteras expediri et processus iuxta morem per executores eorum^k fulminari fecerint, preferantur illis, qui sub dat(a) pontificatus sui anno septimo gratias huiusmodi ab eo obtinebunt; aliis gratiis expectativis cum earum extensionibus de dicto anno primo eisdem et quibusvis aliis personis per ipsum^l dominum nostrum papam^m concessis, etiamsi super illis littere apostolice confecte non fuerint, quoad duo beneficia ecclesiastica assequenda dumtaxat nec non quibuscumque ordinationibus et prerogativis per eundem dominum nostrumⁿ super gratiis expectativis editis^o in suo pristino robore duraturis et prerogativis ipsis^p huiusmodi gratias de anno septimo obtinentibus in omnibus et per omnia suffragaturis, ac si illas anno primo^q reportassent, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et litteris in contrarium editis aut alteris^r disponentibus quibuscumque.

¹ 1424 April 25.

^a Revalidatio - revocatarum *Wien 5474 int. 2*

^b quintus *Wien 5474 int. 2 V*

^c septimo *Wien 5474 int. 1 VII*

^d VII *Wien 5474 int. 1 septimo*

^e primo, ita videlicet quod illi, qui gratias huiusmodi sub dat(a) pontificatus sui anno *fehlt Wien 5474 int. 1*

^f qui *Wien 5474 int. 1* quibus

^g annum *Wien 5474 int. 1* anni

^h obtinuerunt *Wien 5474 int. 1* obtinuerint et

ⁱ fecerunt *Wien 5474 int. 1* fecerint

^j his *Wien 5474 int. 1* illis

^k executores eorum *Wien 5474 int. 1* eorum executores

^l ipsum *Wien 5474 int. 1* dictum

^m papam *fehlt Wien 5474 int. 1*

ⁿ *Wien 5474 int. 1* folgt papam

^o editis *Wien 5474 int. 2* edite

^p *Wien 5474 int. 1* folgt etiam

^q in omnibus et per omnia suffragaturis ac si illas anno primo *fehlt Wien 5474 int. 1*

^r alteris *Wien 5474 int. 1* alterum

OT 151. LIMITATIO TEMPORIS DE EXPEDIENDO GRATIAS EXPECTATIVAS ANNI PRIMI^a.

Item, quia nonnulli, qui de dat(a) anno primo et successive^b in antea pontificatus eiusdem domini nostri^c gratias expectativas obtinuerunt, quas minime prosecuti fuerunt^d et quas propterea neque ratas neque gratas, sed potius pro derelictis habuisse videntur, quarum occasione lites plurime inde provenerunt precipue propter maius decretum irritans, ideo ad evitandum similes controversias et ad obviandum litibus, que premissorum occasione oriri possent, voluit idem dominus noster et ordinavit, quod omnes et singuli, qui sub dat(a) anni primi ab eo gratias huiusmodi obtinuerunt^e, teneantur infra annum a die publicationis presentis constitutionis computandum litteras super huiusmodi gratiis facere expedire^f, alioquin dicto anno lapso huiusmodi concessionum gratie et quecumque inde secuta omnia prorsus careant effectum^g et viribus vacue censeantur nulliusque existant roboris vel momenti, etiamsi forsitan^h ipse gratie motu proprio facte fuerint, necⁱ littere super illis ex tunc in posterum conficiantur. Et idem mandavit et voluit observari de illis, qui in posterum ab eo similes gratias obtinebunt.

^a Limitatio - primi *Wien 5474 int. 2*

^b successive *Wien 5474 int. 1* successione

^c domini nostri *Wien 5474 int. 2* dicti domini

^d fuerunt *Wien 5474 int. 1* fuerint

^e obtinuerunt *VL 4990, Wien 5474 int. 1* obtinuerint

^f expedire *VL 4990, Wien 5474 int. 2* expediri

^g effectum *fehlt Wien 5474 int. 1*

^h forsitan *VL 4990, Wien 5474 int. 1* forsitan

ⁱ nec *Wien 5474 int. 2* ut

OT 152. REVOCATIO LITTERARUM EXPECTATIVARUM DE ANNO VII DE DAT(A) CURRENT(I)^a.

Item idem dominus noster papa^b revocavit omnes gratias expectativas quibuscumque personis tam per ipsum dominum nostrum quam per dominum vicecancellarium sub dat(a)

currenti^c a dicta die septimo^d kalendas maii¹ usque in diem publicationis presentis constitutionis concessas et signatas, super quibus littere^e nondum confecte seu^f expedite sunt.

De mandato domini nostri pape scribatur hec constitutio² in libro Cancellarie et publicetur hac die secunda maii anno septimo^{g3}, Io Ostiensis⁴.

¹ (1424) April 25.

² Diese Konstitution (Nr. 150-152) vollständig bei Döllinger, *Materialien* 2, S. 333; siehe unten in der Datei.

³ 1424 Mai 2.

⁴ Johannes de Broniaco.

^a Revocatio - current(i) Wien 5474 int. 2

^b papa fehlt Wien 5474 int. 1

^c current(i) Wien 5474 int. 1 corrente

^d septimo Wien 5474 int. 1 VII

^e littere fehlt Wien 5474 int. 1

^f confecte seu fehlt Wien 5474 int. 1

^g septimo Wien 5474 int. 1 VII

ME 13. Placet sanctissimo domino nostro domino^a Martino pape quinto^b pro expeditione celeri pauperum et aliorum Romanam curiam sequentium, quod reverendus pater dominus Franciscus^{c1} abbas monasterii^d sancti Eugendi in Cancellaria apostolica presidens in absentia domini vicecancellarii² nunc a Romana curia^e absentis^f signet et signare possit^g per „Concessum“ omnes^h supplicationes beneficiales ac etiam reformationesⁱ gratiam dumtaxat concernentes, quas idem dominus vicecancellarius tam ex potestate generali sui^j officii quam etiam ex quibuscumque specialibus concessionibus per eundem^k dominum nostrum papam^l prefato domino vicecancellario concessis signare possit^m, si personaliter in dicta curia resideret, usque ad proximum dictiⁿ domini vicecancellarii ad prefatam curiam regressum dumtaxat^o?

Placet, Oddo³.

Datum Frascati Tusculanensis diocesis⁴, VIII idus septembris anno septimo⁵.

¹ Franciscus de Meez.

² Johannes de Broniaco.

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ Frascati, Latium, Italien.

⁵ 1424 September 6.

^a domino fehlt Wien 5474 int. 2

^b quinto Wien 5474 int. 2 V

^c Franciscus fehlt Wien 5474 int. 1

^d monasterii fehlt Wien 5474 int. 2

^e curia fehlt Wien 5474 int. 1

^f absentis Wien 5474 int. 2 absenti

^g possit *Wien 5474 int. 1* posset
^h omnes *Wien 5474 int. 2* omnia
ⁱ *Wien 5474 int. 1* folgt et
^j sui *Wien 5474 int. 1* seu
^k eundem *Wien 5474 int. 1* prefatum
^l papam *fehlt Wien 5474 int. 1*
^m possit *Wien 5474 int. 1* posset
ⁿ dicti *Wien 5474 int. 1* diem
^o dumtaxat *fehlt Wien 5474 int. 1*

ME 14. POTESTAS VICECANCELLARII.

Beatissime pater! Cum potestas domini vicecancellarii per eandem sanctitatem vestram dudum concessa et in libro Cancellarie apostolice, sicut prefertur, descripta expiraverit, dignetur sanctitas vestra huiusmodi potestatem pro expeditione faciliori impetrantium pauperum personarum ad tempus, sicut videbitur vestre beatudini, extendere et prorogare et per omnia, prout continetur superius?

Placet de omnibus usque ad kalendas maii¹, O^{ddo}².

Dat(um) Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, XV kalendas decembris anno septimo³.

Ponatur in libro, Io^{hannes} Ostiensis^{a4}.

¹ (1425) Mai 1.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ 1424 November 17.

⁴ Johannes de Broniaco.

^a Layoutendnote

OT 154. PROROGATIO TERMINI DE EXPEDIENDO EXPECTATIVAS ANNI PRIMI^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus^b papa V^c, V^d kalendas maii pontificatus sui anno octavo¹, certis suadentibus causis terminum de expediendis iuxta ipsius^e voluntatem et ordinationem alias publicatas super expectativis gratiis, que alias nulle forent litteris, prefixum ab eius fine ad sex menses duxit prorogandum.

Placet, quod ponatur in libro Cancellarie, O^{ddo}².

Publicata^f, V kalendas^g maii anno octavo³.

¹ 1425 April 27.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ 1425 April 27.

^a Prorogatio - primi *Wien 5474 int. 2*

^b Martinus *fehlt Wien 5474 int. 1*

^c V *fehlt Wien 5474 int. 1*

^d V *Wien 5474 int. 1 quinto korrigiert aus quintus*

^e *Wien 5474 int. 1 wiederholt ipsius*

^f *Publicata Wien 5474 int. 1 Publicato*

^g V *kalendas Wien 5474 int. 1 quinto*

OT 155. DE RESIGNATIONIBUS BENEFICIORUM IN CURIA SIMPLICITER VEL EX CAUSA PERMUTATIONIS^a.

Sanctissimus^b dominus noster Martinus divina providentia papa quintus ad obviand(um) fallaciis et fraudibus, que nonnumquam certa resignationes de beneficiis ecclesiasticis apud sedem apostolicam fieri contigerit^c, committuntur et fiunt, et ne in posterum contingat^d, ut alias evenit, beneficia per quosvis dimissa deinceps per illos indebite occupari^e, die XX^f aprilis pontificatus sui anno VIII^g¹, voluit, decrevit et providit, statuit et ordinavit, quod tam super concessis et^h signatis quam de cetero super concedendis acⁱ signandis per eum seu eius mandato vel auctoritate provisionibus, concessionibus et gratiis de quibuscumque beneficiis ecclesiastici secularibus et regularibus cum cura et^j sine cura, etiamsi dignitates^k, personatus, administrationes, officia, prioratus, prepositure vel alterius cuiusvis speciei^l existant, que apud sedem apostolicam^m per quoscumque seu quorumcumque nomine simpliciter vel ex causa permutationis forsitan resignata sunt et queⁿ in posterum resignari^o contigerit^p, littere apostolice viventibus resignantibus eisdem^q expediri debeant, registrari et processus confici super illis ipseque littere in loco, ubi beneficium resignatum^r fuerit, publicari, alioquin, si forsitan post talium^s resignantium obitum illas expediri^t contingat, tam littere ipse quam etiam processus habiti per eosdem et quecumque inde secuta nec non concessionones, provisiones et gratie huiusmodi nullius existant efficacie, roboris vel momenti ipsaque beneficia non per resignationem^u, sed per obitum resignantium huiusmodi vacare censeantur et vacent.

Placet, O<ddo>, et ponatur in libro Cancellarie, O<ddo>².

¹ 1425 April 20.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

^a De - permutationis *Wien 5474 int. 2*

^b Sanctissimus *Wien 5474 int. 2* Item sanctissimus

^c contigerit *Wien 5474 int. 1* contingit

^d contingat *Wien 5474 int. 1* contingant

^e occupari *Wien 5474 int. 1* occupatis

^f XX *Wien 5474 int. 1* vicesima mensis

^g VIII *Wien 5474 int. 1* octavo

^h et *Wien 5474 int. 1* seu

ⁱ ac *Wien 5474 int. 1* aut
^j et *Wien 5474 int. 1* etiam
^k dignitates *Wien 5474 int. 2* dignitas et
^l speciei *Wien 5474 int. 1* experrei (!)
^m apostolicam *Wien 5474 int. 1* ipsam
ⁿ que *Wien 5474 int. 1* quod
^o resignari *Wien 5474 int. 1* resignare
^p contigerit *Wien 5474 int. 1* contingent
^q eisdem *fehlt Wien 5474 int. 1*
^r resignatum *fehlt Wien 5474 int. 2*
^s talium *Wien 5474 int. 2* talia
^t expediri *Wien 5474 int. 1* expedire
^u per resignationem *Wien 5474 int. 1* resignatis

ME 14A (VL 4990 FOL. 178R MIT VERWEISZEICHEN AUF DEM UNTEREN BLATTRAND). POTESTAS VICENCANCELLARII^a.

Ante superiorem subsequentem premissa erat potestas vicecancellarii, XVI kalendas martii anno VII¹ in Cancellaria publicata.

Beatissime pater, cum potestas prefato domino vicecancellario per sanctitatem vestram dudum usque ad kalendis maii concessa et in libro Cancellarie apostolice, ut prefertur, descripta expiravit, dignetur s(anctitas) v(estra) huiusmodi partem pro expeditione faciliori impetrantium et pauperum personarum ad tempus, sicut videbitur vestre beatudini, extendere et prorogare in omnibus et per omnia, prout superius continetur.

Placet usque ad kalendis novembris², O<ddo>³.

Publicata fuit in Cancellaria apostolica die IX maii anno VII⁴.

¹ 1424 Februar 14.

² (1424) November 1.

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ 1424 Mai 9.

^a Potestas vicencancellarii VL 4990

OT 156. QUOD LOCA MONACHALIA, OFFICIA CLAUSTRALIA, HOSPITALIA ETC. NON CADUNT SUB GRATIA.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, die prima mensis iunii pontificatus sui anno VIII¹, voluit, statuit et ordinavit, <quod> loca monachalia, officia claustralia, hospitalia et xenodochia, elemosinarie, domus Dei et prioratus, commende seu preceptorie^a et quecumque alia officia militaria ordinis cuiuscumque non veniant sub gratiis expectativis

¹ 1425 Juni 1.

nec quod ipsarum gratiarum vigore acceptari possint, ac voluit quascumque gratias huiusmodi, si que per eum hactenus facte fuissent et concesse, que tamen effectu sortite non essent, de cetero in predictis non habere locum. Et similiter idem dominus noster voluit et ordinavit, quod, si aliquae gratie expectative per eum forsitan facte et concesse cuicumque persone cuiuscumque status vel ordinis existere ad dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis principales vel ad prioratus aut preposituras conventuales ordinis cuiuscumque ex nunc in antea nullum posse aut sortire^b debere effectum easque decrevit irritas et inanes nulliusque existere roboris vel momenti.

Ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis^c.

Publicata in Cancellaria, prima die iunii anno VIII². Et ponatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis³.

² 1425 Juni 1.

³ Johannes de Broniaco.

^a preceptorie Wien 5474 int. 2 precentorie

^b sortire VL 4990 sortir

^c Io(hannes) Ostiensis VL 4990 O(ddd)

Teildruck: HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 9 Nr. 34.

OT 157. DE LITTERIS EXPEDIENDIS PER SECRETARIOS^a.

Ad tollendum disceptationes et dubia, que ex quadam concessione per nos facta dilectis filiis secretariis nostris super certis emolumentis per eos de nonnullis minutis percipiendis in quaterno Cancellarie de mandato nostro^b descripta quandoque oriuntur, tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et esse et sic precepimus observari^c, quod dicti secretarii libere et sine aliqua contradictione percipiant^d emolumenta consueta omnium minutarum, que in dicta concessione descripta sunt, videlicet tabellionatus officii, altarium portatili^e, celebrandi in locis interdictis et ante diem, confessionalis perpetui, indulgentiarum in mortis articulo et in vita, etiamsi super huiusmodi gratiis facultat(es) aliis sint concesse et gratiarum ipsarum^f dictam formam quaterni excederent, etiamsi dictarum gratiarum supplicationes registrate ac^g per vicecancellarium aut eius locumtenen(tem)^h pro tempore existen(tem)ⁱ aliquibus abbreviatoribus distribute vel in rotulo aliarum supplicationum inserte essent quovis modo, preterea minutas recipiendi^j ecclesiastica sacramenta et indulgentiarum quarumcumque ecclesiis, monasteriis, capellis, hospitalibus et aliis^k locis piis quomodolibet concessarum vel concedendarum prout relique superius descripte gratie ad

dictos secretarios similiter declaramus et decernimus pertinere illasque de cetero per eos^l et non per alios mandamus et volumus expediri.

Fiat et declaramus, O^{ddo}¹.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, XII kalendas iulii anno VIII^{m2}.

Ponatur in libro Cancellarie, O^{ddo}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1425 Juni 20.*

^a De litteris expediendis per secretarios *Wien 5474 int. 2*

^b nostro *fehlt Wien 5474 int. 2*

^c observari *Wien 5474 int. 2* conservari

^d percipiant *Wien 5474 int. 1* percipiatur

^e portatilium *Wien 5474 int. 1* portalitium

^f gratiarum ipsarum *Wien 5474 int. 1* gratiis ipsas

^g ac *Wien 5474 int. 1* aut

^h locumtenentem *Wien 5474 int. 1* locumtenens

ⁱ existentem *Wien 5474 int. 1* existens

^j recipiendi *Wien 5474 int. 1* recipiend(is)

^k et aliis *fehlt Wien 5474 int. 1*

^l eos *Wien 5474 int. 1* eorum

^m VIII *Wien 5474 int. 1* octavo

OT 158. POTESTAS DOMINI VICECANCELLARII^a.

Placet sanctissimo domino nostro, quod reverendissimus in Christo pater et dominus vicecancellarius vel eius locumtenens usque ad beneplacitum sue sanctitatis signet per „Concessum“ quascumque supplicationes pro artatis^b ad faciend(um) se ad sacros ordines promoveri extra tempus^c ratione beneficiorum curatorum, que obtinent^d et in^e posterum obtinebunt?

Ponatur in libro Cancellarie, Io^{hannes} Ostiensis¹.

¹ *Johannes de Broniaco.*

^a Potestas domini vicecancellarii *Wien 5474 int. 2*

^b artatis *Wien 5474 int. 1* ordinatis

^c tempus *Wien 5474 int. 1* tempore

^d que obtinent *Wien 5474 int. 1* qui obtinuit

^e in *fehlt Wien 5474 int. 1*

OT 166¹. Sanctissimus dominus noster statuit et ordinavit, quod per quamcumque pendentiam lit(is) in Romana curia, in qua lite non fuerint servati omnes termini et doctum de iure actoris per suorum iurium productionem post annum a die presentate commissionis,

ratione cuius lis huiusmodi fuerit introducta, non censeatur^a beneficium, super quo lis huiusmodi pendeat, ‹quod› sit affectum lite, quin per illum vel illos, ad quem vel ad quos alias collatio et dispositio beneficii huiusmodi spectabit et pertinebit, provideri possit et debeat, si contingeret^b possessorem extra dictam curiam cedere vel decedere et sic provisos possessionem assequi loco cedentis vel decedentis predicti. Quam constitutionem locum habere voluit idem dominus noster etiam in litibus iam pendentibus etiam per appellationem in secunda vel tertia instantia.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, Io‹hannes› Ostiensis².

¹ Vgl. unten OT 171.

² Johannes de Broniaco.

^a Wien 5474 int. 2 folgt vacare

^b contingeret VL 4990 contigerit

OT 167. Quia exceptis causis concernentibus Cameram apostolicam, que consueverunt, prout debitum est, per gentes eiusdem Camere tractari et decidi in Romana curia, cause potissime maiores reverendissimis in Christo patribus sancte Romane ecclesie cardinalibus et Palatii causarum apostolici auditoribus committi solebant et per eos decidi, tamen novissime ad sanctissimi domini nostri audientiam pervenit, quod ex certis causis interdum huiusmodi cause iam committuntur aliis, ideo prefatus dominus noster statuit et ordinavit, quod de cetero, si cause alie quam concernentes Cameram predictam aliis quam predictis dominis cardinalibus et auditoribus commisse fuerint, quod, si commissarii huiusmodi fuerint saltem in iure canonico vel civili licentiati aut doctores, quod commissiones huiusmodi et quidquid secutum fuerit, exinde pro nullis et irritis habeantur, cuiuscumque status, preeminentie vel conditionis fuerint commissarii predicti, etiamsi pontificali vel alia quacumque auctoritate prefulgeant dignitate, nisi forsan contingeret prefatum dominum nostrum manu sua commissarium seu commissarios tales deputare. Et vult etiam idem dominus noster hanc constitutionem etiam ad causas pendentes per appellationem extendi et in illis locum habere.

Placet et ponatur in libro, O‹ddo›¹.

Ponatur in libro^a Cancellarie, Io‹hannes› O(stiensis)².

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² Johannes de Broniaco.

Publicate fuerunt iste due constitutiones predicte in Cancellaria apostolica et lecte per magistrum Iohannem Pinchon³, die XXIII ianuarii anno nono⁴.

³ *Johannes Pinchon.*

⁴ *1426 Januar 24.*

^a *Wien 5474 int. 2 folgt lo(hannes)*

OT 168. DE POTESTATE REGENTIS CANCELLARIAM.

Cum bone memorie Iohannes episcopus Ostiensis¹ sancte Romane ecclesie vicecancellarius nuper fuit, sicut Domino placuit, vita functus, placet sanctissimo domino nostro pape pro expeditione pauperum, quod reverendus in Christo pater dominus F(ranciscus) abbas monasterii sancti Eugendi Iurensis^{a2} pro nunc sit vicegerens Cancellarie apostolice, donec sua sanctitas super hoc aliter duxerit ordinandum, et interim idem abbas utatur illis potestatibus in libro eiusdem Cancellarie descriptis in signand(is) supplicationibus et^b commissionibus gratiam vel iustitiam continentibus, quibus ex concessione et ordinatione eiusdem domini nostri pape prefatus dominus Cancellarius (!) utebatur?

Placet et ponatur in libro, Oddo³.

Lecta et publicata fuit in Cancellaria apostolica, die XIX mensis februarii anno nono⁴.

Ponatur in libro.

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *Oddo de Columna = Martin V.*

⁴ *1426 Februar 19.*

^a *Iurensis Wien 5474 int. 2 Avien.*

^b *et fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 169. PRO NEPOTIBUS SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM^a.

Beatissime pater! Licet humiles et devoti sanctitatis vestre familiares litterarum apostolicarum scriptores retroactis semper temporibus suorum nepotum litteras a sede apostolica gratis ubique habuerint, nonnullorum tamen abusi, ut creditur, causante s(anctitas) v(estra) ipsorum nepotum litteras a modico tempore citra mandavit seu ordinavit non debere gratis in posterum expedire, ut igitur p(er) s(anctitatem) sibi concessis privilegiis gaudeant suorum antiquorum privilegiorum vestris temporibus detrimentum non sustineant, supplicant e(andem) s(anctitatem) v(estram), quatenus ipsos ad privilegium ipsis in suorum nepotum favorem concessum restituere et reintegrare et, ut in eo fraudes seu abusus viten-

tur^b, constituere et ordinare, ut ipsi ante nepotum suorum in antea expediendarum litterarum expeditionem illos suos veros et legitimos existere nepotes iuramento proprio confirmare, id est per duos testes probare, atque in^c litteris ipsis exprimere teneantur, constituere et ordinare **minime?** dignemini cum clausulis oportunis.

Placet et quicumque dixerit nepotem et non est, sit suspensus ad annum de officio, O<ddo>¹.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a Pro nepotibus scriptorum litterarum apostolicarum *Wien 5474 und VL 4990*

^b vitentur *Wien 5474 int. 2* utentur

^c in *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 170. PROROGATIO EXPEDITIONIS RESERVATORUM AD II MENSES.

Sanctissimus dominus noster Martinus divina providentia papa V, die V martii pontificatus sui anno nono¹, certis suadentibus causis terminum sex mensium de expediendis iuxta ipsius voluntatem et ordinationem alias publicat(as) super impetrationibus de beneficiis generaliter reservatis, quas alias nullas esse voluit litteras, prefixum ab eius fine ad duos menses alios pro illis personis, que ab eo hactenus prorogationes super similibus impetrationibus non obtinuerunt, duxit prorogandum.

Placet et ponatur in libro, O<ddo>².

Lecta fuit in Cancellaria, die V martii^{a3}.

¹ 1426 März 5.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ (1426) März 5.

^a *Layoutendnote*

ME 15. PROROGATIO DE EXPEDIEND(O) EXPECTAT(IVAS) AD IIII MENSES.

Sanctissimus dominus noster Martinus divina providentia papa V, die XIII mensis martii pontificatus sui anno nono¹, certis suadentibus causis terminum ultime prorogationis IIII mensium de expediendis super expectativis gratiis per eum concessis l(itte)r(is) prefixum usque ad quattuor alios menses a fine dicti termini continuandos duxit prorogandum.

Placet ad tres menses et ponatur in libro Cancellarie, O<ddo>², ponatur in libro.

¹ 1426 März 14.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

Lecta et publicata fuit in Cancellaria, die XV martii anno nono^{a3}.

³ 1426 März 15.

^a *Layoutendnote*

OT 171¹. DE QUIBUS LITIGIOSIS ORDINARE POSSIT DISPONI.

Statuimus, quod per quamcumque litis pendentiam in Romana curia, in qua lite non fuerint servati omnes termini et doctum de iure actor(is) per suorum iurium productionem post annum a die presentate commission(is), ratione cuius lis huiusmodi fuerit introducta, non censeatur huiusmodi beneficium, super quo lis huiusmodi pendeat, quod sit affectum lite, quin per illum vel illos, ad quem vel ad quos alias collatio et dispositio huiusmodi spectabit et pertinebit, provideri possit et debeat, si contingerit (!) possessorem extra Romanam curiam cedere vel decedere et sic provisos possessionem assequi loco cedentis vel decedentis predicti. Quam constitutionem locum habere volumus etiam in litibus iam pendentibus, etiamsi per appellationem in secunda vel tertia instantia^a.

¹ *Vgl. oben Nr. 166.*

^a *Layoutendnote*

OT 172. ACTOR MANENS SINE TITULO LITEM ANTE ILLAM QUESITO EST INHABILIS.

Insuper huic addimus constitutio(ne)m. Si quis contra possessorem cuiusvis dignitatis, personatus vel officii ecclesiastici sine titulo et ante litem motam sibi quesito litem iam moveret vel in futurum movebit, cuius tituli et iuris litem moventi onus probationis incumbat, inhabilitat(is) ad huiusmodi dignitatem, personatum et beneficium penam incurrat atque ad expensas, damna et interesse possessori in ius vocato nihilominus teneatur.

OT 173. DE CAUSIS COMMITTENDIS IN PARTIBUS.

Insuper volumus et ordinamus, quod, quotienscumque a sententia diffinitiva a quibuscumque iudicibus ordinariis vel delegatis in causis huiusmodi contingerit (!) appellari, appellation(is) causa in partibus committatur et non in curia Romana.

ME 16. QUE CAUSE COMMITTENTE SUNT IN CURIA ET QUE EXTRA.

Cause, que ad forum ecclesiasticum de iure vel consuetudine non pertinent, per curiam Romanam non recipiantur de illis cognoscendo in ipsa vel extra committendo, nisi de con-

sensu partium, que vero ad forum ecclesiasticum, ut premittitur, pertinent et de iure sunt, per appellationem aut alias ad Romanam curiam legitime devolute aut de sui natura in illa curia tractande tractentur in ea. Cetera committantur in partibus, nisi forte pro causarum aut personarum qualitate illas tractare in curia expedieret, pro iustitia consequenda de partium consensu in curia tractarentur. Matrimoniales tunc cause in prima instantia preterquam per appellationem non committantur in curia, nisi in causis proxime dictis.

ME 17. DE FRIVOLE APPELLANTIBUS.

Item ad refrenandum frustratorias, que ante diffinitivas sententias interponuntur, ordinamus, quod iniuste seu frivole appellantes ab interlocutoria ultra condemnationem expensarum damnorum et interesse in XX, si interponatur de partibus ad curiam, parti appellate condemnetur et quod super eadem in interlocutoria vel gravamine secundo appellare non licet, nisi haberet diffinitive vim.

OT 174. QUOD IN LITTERIS EXPEDIENDIS PONATUR VALOR IN SUPPLICATIONE EXPRESSUS SINE DIMINUTIONE.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa quintus, die prima aprilis pontificatus sui anno nono¹, voluit et ordinavit, quod littere super impetrationibus de quibusvis beneficiis secularibus et regularibus vacantibus aut certo modo vacaturis expediantur in Cancellaria apostolica secundum expression(em) valor(um) contentorum in supplicationibus impetrantium, ac vult et mandat, quod valor sic expressus diminui vel augeri non possit, nisi aliter per signaturam vel concessionem sue „O“² ad partem de ipsius domini nostri intention(e) constaret, decernens idem dominus noster litteras super talibus impetrationibus contra vel aliter expediendas de cetero nullius existere firmitatis, efficacie vel momenti.

Placet, Oddo³.

Ponatur in libro, Franciscus Gebennensis⁴.

Lecta fuit in Cancellaria apostolica, die XIII aprilis anno domini millesimo etc. pontificatus sui anno nono⁵.

¹ 1426 April 1.

² Martin V. signierte die Suppliken mit O, vgl. BRESSLAU, Handbuch 2 S. 105.

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ Franciscus de Meez.

⁵ 1426 April 13.

^a *Layoutendnote*

ME 18. PROROGATIO TEMPORIS DE EXPEDIENDO RESERVATA AD DUOS MENSES QUOAD GALlicos ET HISPANOS.

Beatissime pater! Dudum S(anctitas) v(estra) devotis vestris Iohanni de Nemoribus canonico ecclesie Briocensis¹ de canonicatu et prebenda ac archidiaconatu Vapincensis² diocesis vacatur(is) per assecutionem canonicatus et prebende sancte Walpurgis Fumen(sis) Morinensi diocesis³ per devotum virum Simonem le Becherix^a et Philippum de^b Clericis Constantiensis⁴ diocesis ius habere creden(tes) in parochiali ecclesia sancti Iohannis Decensis de dictis canonicatu et prebenda ecclesie Constantiensis etiam vacatur(is) per assecutionem canonicatus et prebende ac archidiaconatus Vapincensis predictorum per dominum Iohannem de Nemoribus auctoritate apostolica facta vel fienda gratiose provideri ac devotum vestrum Guilielmum Geleren baccalarium in decretis in omni iure ad omne ius, quod dicto Philippo dum in dicta parochiali ecclesia competebat seu competere peterat vacan(te) vel vacatur(a) per assecutionem dictorum canonicatus et prebende ecclesie Constantiensis per dictum Philippum similiter auctoritate apostolica factas vel fiendas surrogari seu de dicta ecclesia provideri concessit seu mandavit, prout in supplicationibus desuper confectis plenius continetur. Cum autem, p(ater) s(ancte), consensus dicti Simonis tunc et nunc in partibus residentis pro expeditione^c litterarum super supplicationibus predictis conficiendarum^d haberi non potuerit, propter quod dicte littere minime expediri potuerunt, supplicant s(anctitati) v(estre) prefati Iohannes, Philippus et Guilielmus, qui dictum consensum nunc habunt, ne huiusmodi gratiis frustrentur^e effectibus, quatenus expedition(em) litterarum predictarum, que iam sunt in fieri, hinc ad mensem prorogare dignemini et de gratia speciali, attenden(tes)^f etiam, quod huiusmodi littere in Cancellaria iam essent expedite, speratur^g eas propter festum^h hinc ad terminum de expediend(is) huiusmodi et consimilibus litteris per e(andem) s(anctitatem)ⁱ prefixum occurren(tem) in Camera apostolica verisimiliter posse expediri, constitutionibus apostolicis, regulis Cancellarie et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet pro Gallicis et Hispanis ad duos menses, O(ddo)^{j5}.

¹ *Saint-Brieuc, Bretagne, Frankreich.*

² *Gap, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

³ *Thérouanne, Nord-Pas-de-Calais, Frankreich.*

⁴ *Coutances, Basse Normandie, Frankreich.*

⁵ *Oddo de Columna = Martin V.*

Concessum per dominum nostrum, die III maii anno nono⁶, F⟨ranciscus⟩ Gebennensis^{k7}.

Lecta fuit in Cancellaria die VII maii anno MCCCCXXVI^{l8}.

⁶ 1426 Mai 3.

⁷ Franciscus de Meez.

⁸ 1426 Mai 7.

^a Becherix VL 4990 Borchem

^b de VL 4990 Dyon

^c pro expeditione VL 4990 per expeditionem

^d conficiendarum VL 4990 fiendarum

^e gratiis frustrentur VL 4990 gratiarum frustrantibus

^f attenden(tes) VL 4990 attento

^g speratur VL 4990 non speratur

^h festum VL 4990 festa

ⁱ VL 4990 folgt vestram

^j O⟨ddo⟩ fehlt Wien 5474

^k Layoutendnote

^l Lecta - MCCCCXXVI fehlt Wien 5474

OT 175. QUOD EXPEDIANTUR LITTERE SUPER VACANTIBUS PER RESIGNATIONEM.

Sanctissimus dominus noster ex certis causis rationabilibus animum suum ad hoc moventibus statuit et ordinavit, quod super concessionibus etiam motu proprio de monasteriis ac beneficiis regularibus et secularibus, qualiacumque forent, per s(anctitatem) suam signatur(is) vacatur(is) per resignationem in curia vel extra nullatenus littere expediantur nec super vacantibus in curia per similem resignationem, nisi per illos, qui obtinebant beneficia dicta, in Cancellaria apostolica appareant de ipsa resignatione in expeditione fienda in propriis personis illorum, qui resignarunt, aut habentibus specialiter mandatum ad hoc.

Legatur et ponatur in libro, F⟨ranciscus⟩ Gebennensis¹.

Lecta fuit in Cancellaria apostolica, die XXV mensis maii anno MCCCCXXVI^{a2}.

¹ Franciscus de Meez.

² 1426 Mai 25.

^a Layoutendnote

ME 19. PROROGATIO TEMPORIS DE EXPEDIENDO EXPECTATIVAS AD TRES MENSES.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, die X mensis iunii pontificatus sui anno nono¹, terminum ultime prorogationis trium mensium de expediend(is) super ex-

¹ 1426 Juni 10.

pectativis gratiis per eum concess(is) litteris prefixum usque ad tres menses a fine dicti termini continuandum duxit prorogandum.

Placet, O^{ddo}².

Lecta fuit et publicata in Cancellaria, die XII mensis iunii anno nono³, F^{ranciscus} Gebennensis^{a4}.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *1426 Juni 12.*

⁴ *Franciscus de Meez.*

^a *Layoutendnote*

ME 20. PROROGATIO TEMPORIS DE EXPEDIENDO RESERVATA ET NON RESERVATA AD IIII MENSES.

Sanctissimus dominus noster Martinus divina providentia papa quintus ex certis causis suum animum moventibus terminum expedition(is) litterarum super beneficiis reservatis et non reservatis a die IIII mensis septembris¹ usque ad quattuor menses proxime futuros prorogavit. F^{ranciscus} Gebennensis².

Publicata fuit in Cancellaria apostolica, die XXVIII mensis septembris anno domini MCCCCXXVI^{a3}.

¹ *(1426) September 4.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *1426 September 28.*

^a *Layoutendnote*

ME 21. Item idem dominus noster similem terminum expedition(is) litterarum apostolicarum super gratiis expectativis a dicta die IIII mensis septembris proxime preterita¹ usque ad IIII menses proxime futuros prorogavit. F^{ranciscus} Gebennensis².

Placet utraque prorogatio domino nostro et ponatur in libro Cancellarie de mandato s(anctitatis) sue, B^{artholomeus}^a de Montepoliciano³.

Publicate fuerunt in Cancellaria apostolica die XXVIII septembris anno MCCCCXXVI^{b4}.

¹ *(1426) September 4.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.*

⁴ *1426 September 28*

^a *B Wien 5474 int. 2 V*

^b *Publicate - MCCCCXXVI fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 176¹. Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, die XXI augusti pontificatus sui anno nono², voluit et ordinavit, quod vicarie perpetue institute in metropolitanis, aliis cathedralibus ecclesiis et collegiatis in regno Francie et Delphinatu Viennense³ consisten(tes), quibus incumbit onus divini officii, nec non capellaniarum cuiuslibet fructus etc. X librarum Turonensium parvorum secundum communem estimationem valorem annum non exced(endis) ex nunc in antea non cadant sub gratiis expectativis nec sub aliqua reservatione comprehendantur, sed per locorum ordinarios et alios, ad quos ipsorum collatio seu quavis alia dispositio de iure vel consuetudine pertinet, libere conferantur et provideantur de illis^a.

¹ Vgl. OT 161.

² 1426 August 21.

³ Dauphiné, Frankreich.

^a Layoutendnote

OT 177. Item prefatus dominus noster, die XXI augusti pontificatus sui anno nono¹, voluit, statuit et ordinavit, quod monasteria seu abbatie, quorum ducentorum, nec non prioratus conventuales ordinum quorumcumque in regno Francie et Delphinatu² consistent(ia), quorum centum librarum Turonensium parvorum dumtaxat fructus, redditus et proventus secundum estimationem et taxationem decime valorem annum non excedit, de cetero non cadunt nec includantur aut comprehendantur in generalibus reservationibus ipsius domini nostri in libro apostolice Cancellarie descriptis, sed illarum electiones, si de personis idoneis caute fuerint celebrate, libere possent per locorum ordinationes per locorum ordinarios confirmari.

Placet, Oddo³.

Ponatur in libro Cancellarie. Placet domino nostro. Ponatur in libro, Bartholomeus de Montepoliciano^{a4}.

¹ 1426 August 21.

² Dauphiné, Frankreich.

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.

^a Layoutendnote

OT 177a. Item idem sanctissimus dominus noster voluit et declaravit prefatas duas constitutiones immediate factas preceden(tes) se extendere et locum dumtaxat habere in terris

et dominiis regni Francie et Delphinatus Viennensis¹ obediētib^{us} domino Carolo regi Francie.

Ita voluit et declaravit dominus noster, Bartholomeus² de Montepoliciano². Ponatur in libro^a.

¹ Dauphiné, Frankreich.

² Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.

^a Layoutendnote

OT 177b. Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus, Genesani¹ Prenestinensis² diocesis, die VIII mensis septembris pontificatus sui anno nono³, declaravit sue intentionis fuisse et esse decrevitque et statuit, quod quedam ordinationes et statuta per eum nuper videlicet XII kalendas septembris anni predicti⁴ in loco Genesani² prefato, ad supplicationem illustris principis Caroli regis Francorum⁵ ad tollendum et fugandum lites et discordias, que super ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus, beneficiis quibuscumque in regno Francie consistentibus inter personas ecclesiasticas mittentes quasdam apostolic(is) alias vero ordinariorum provisionibus et dispositionibus facte et facta locum habuisse et habere et observari debere solum et dumtaxat in monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus et aliis quibusvis beneficiis in dictis ordinationibus et apostolicis litteris inde confectis comprehensis consistentibus in locis et in partibus dicti regni, in quibus tempore vacationum eorundem monasteriorum, prioratum, dignitatum, personatum et beneficiorum predictorum eidem Carolo regi obediabatur et que pars et que loca in eiusdem regis manebant obedientia, et ita voluit et mandavit observari.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, Oddo⁶.

Ponatur in libro Cancellarie.

Lecta fuit in Cancellaria, XVI octobris MCCCCXXVI pontificatus eius anno nono^{a7}.

¹ Genezzano, Latium, Italien.

² Palestrina, Latium, Italien.

³ 1426 September 8.

⁴ 1426 August 21.

⁵ Karl VII., 1422-1461 französischer König.

⁶ Oddo de Columna = Martin V.

⁷ 1426 Oktober 16.

^a Lecta - nona Wien 5474 int. 2 auf dem linken Rand von fol. 178v

OT 178. DECLARATIO DE RESERVATIONE BENEFICIORUM FAMILIARIUM ET OFFICIALIUM SEDIS APOSTOLICE, ETIAMSI CESSARENT ESSE TALES ANTE IPSORUM OBITUM.

Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus noster Martinus divina providentia papa quintus, ne super eo, an beneficia, que alias per ipsum domini officiales sedis apostolice vel sui familiares domestici commensales illa obtinerent, dispositioni sue cum interpositione decreti generaliter reservata aut, si illi ante eorum obitum ipsius officiales esse deserint vel a familiaritate recesserint, affecta censeri debeant, deinceps hesitetur, die prima novembris pontificatus sui anno nono¹, declaravit beneficia predicta, quecumque sint, per huiusmodi reservationem et decretum remansisse suoque tempore remanere affecta nulloque preter ipsum de illis ea vice disponere potuisse vel posse quovis modo.

Et ponatur in libro, Oddo^{a2}.

¹ 1426 November 1.

² Oddo de Columna = Martin V.

^a Layoutendnote

ME 22. Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus ex certis causis animum suum moventibus terminum expedition(is) litterarum apostolicarum super gratiis per eum concessis de gratiis expectativis a die tertia mensis ianuarii pontificatus sui anno decimo¹ usque ad tres menses proxime futuros duxit prorogand(um)^a.

¹ 1427 Januar 3.

^a Layoutendnote

ME 23. Sanctissimus dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus, die III mensis ianuarii pontificatus sui anno decimo¹, terminum ultime prorogationis quatuor mensium de expediend(is) litteris super gratiis de beneficiis reservatis et non reservatis a dicta die usque ad tres menses proxime futuros prorogavit.

Placet de utraque ad tres menses, Oddo^{a2}.

¹ 1427 Januar 3.

² Oddo de Columna = Martin V.

^a Layoutendnote

ME 24. PROROGATIO TERMINI SUPER EXPECTATIVIS^a.

Sanctissimus dominus noster dominus^b Martinus papa quintus^c ex certis causis suum animum moventibus^d terminum expedition(is) litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per eum concessis a fine ultime prorogationis usque ad duos menses duxit prorogandum etc.

^a Prorogatio termini super expectativis VL 4990

^b dominus *fehlt* VL 4990

^c quintus VL 4990 V

^d ex certis causis suum animum moventibus VL 4990 *erst nach* expectativis

ME 25. PROROGATIO TERMINI DE RESERVATIS ET NON RESERVATIS^a.

Item^b dominus noster dominus Martinus divina providentia^c papa quintus^d terminum ultime prorogationis de expediendis litteris super gratiis^e per eum concessis de beneficiis reservatis et non reservatis a fine ultime prorogationis usque ad duos menses proxime futuros^f duxit prorogandum.

Ponatur in libro, B‹artholomeus› de Montepoliciano¹, de mandato domini nostri pape^g.

Ponatur in libro Cancellarie, F‹ranciscus› Gebennensis².

¹ *Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.*

² *Franciscus de Meez.*

^a Prorogatio termini de reservatis et non reservatis VL 4990

^b VL 4990 *folgt idem*

^c divina providentia *fehlt* VL 4990

^d quintus VL 4990 V

^e de expediendis litteris super gratiis *fehlt* VL 4990

^f proxime futuros *fehlt* VL 4990

^g Ponatur - pape *fehlt* Wien 5474

ME 26. PROROGATIO TERMINI SUPER EXPECTATIVIS^a.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa quintus^b terminum expedition(is) litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per eum concessis a fine ultime prorogationis usque ad duos menses duxit prorogandum.

Placet et ponatur in libro^c, O‹ddo›¹.

Publicata in Cancellaria, die XVII mensis iunii anno decimo^{d2}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1427 Juni 17.*

^a Prorogatio termini super expectativis VL 4990

^b quintus VL 4990 V

^c in libro *fehlt VL 4990*

^d decimo *VL 4990 X*

ME 27. Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa quintus^a terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per eum concessis a fine ultime prorogationis usque ad tres menses prorogavit.

Placet et ponatur in libro, O⟨ddo⟩¹.

Ponatur in libro, F⟨ranciscus⟩ Gebennensis².

Publicata in Cancellaria apostolica, die^b IX mensis augusti anno decimo^{c3}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *1427 August 9.*

^a quintus *VL 4990 V*

^b apostolica die *fehlt VL 4990*

^c decimo *VL 4990 X*

ME 28. VICECANCELLARIUS, UT PRIUS EST DICTUM, POTES(T) SIGNARE VACAN(T)IA NON RESERVATA.

Placet insuper eodem domino nostro, quod usque ad diem, festum vel primum consistorium idem dominus noster vicecancellarius convocat(is) referendariis signare possit quascumque reformationes quecumque beneficia generaliter non reservata sedi apostolice aut collationi sive quascumque gratias novarum provisionum, surrogationum et „Si neutri“ pro quocumque nec „Perinde valere“ sub dat(a) die signation(is) apponenda per datarium, ut ⟨est⟩ moris, si tamen quod supplicatio per dominum vicecancellarium signanda prius signetur per duos referendarios et reformatio adminus per tres, proroga(r)e tempus de novis provisionibus, surrogationibus et de „Si neutri“ expediendis usque ad proximum festum beati Iohannis baptiste¹, non obstante lapsu termini, si sibi et maiori parte dictorum referendariorum videatur, non intendens per premissa aut aliquod eorum derogare in aliquo potestati per eum alias date dicto domino vicecancellario super talibus etiam post eius convalescentiam, sed vult ipsam in suo robore permanere et uti posse sicut prius^a?

¹ *(1427) Juni 24.*

^a *Layoutendnote*

Hic defic(iunt) prerogat(ive) Parisiensium cum suis declarationibus et exceptionibus^{a1}.

¹ Zu OT 180.

^a Hic - exceptionibus *Wien 5474 int. 2 von anderer Hand*

OT 153. PERSONE EXCEPTE A PREROGATIVA PARIENSIS.

Nos Iohannes miseratione divina episcopus Ostiensis¹ sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius iuxta facultatem et auctoritatem per sanctissimum dominum nostrum dominum Martinum divina providentia papam V ad infrascripta nobis attribut(as) et concessas eligimus et nominamus abbreviatores et scriptores litterarum apostolicarum, quorum nomina inferius describuntur, exco(m)pniendos a prerogativa universitatis studii Parisiensis per prefatum dominum nostrum papam concess(a) in assecutione effectuum (!) beneficialium eidem universitati sub data VII kalendas aprilis anno VII² per dominum nostrum concessarum.

Nomina quattuor abbreviatorum de parco seu presidentia Cancellarie: Anselmus³, Io. Prathen⁴, Nicolaus Cornilli⁵, Bruno⁶.

Nomina aliorum quattuor abbreviatorum extra parcum seu presidentiam Cancellarie: A. Wit⁷, Galhardus⁸, Furseus⁹, T. de Burgundia¹⁰.

Nomina quindecim scriptorum: H. Raiscop¹¹, N. de Hubanto¹², Io. Montini¹³, Gemcred (?)¹⁴, Io. Simonis¹⁵, Io. Garnerii¹⁶, Io. Famuli¹⁷, Io. Hugonis¹⁸, Iacobus de Fovea¹⁹, Io. de Vado²⁰, Io. Bernardi²¹, M. Goie²², Theobaldus²³, Rainerius^{a24}, Io. de Prato^{b25}.

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *1424 März 28.*

³ *Anselmus Fabri.*

⁴ *Jo. Prathen.*

⁵ *Nicolaus Conili.*

⁶ *Bruno.*

⁷ *A. Wit.*

⁸ *Galhardus.*

⁹ *Furseus.*

¹⁰ *T. de Burgundia.*

¹¹ *Henricus Raiscop.*

¹² *N. de Hubanto.*

¹³ *Jo. Montani.*

¹⁴ *Gaufredus.*

¹⁵ *Jo. Simonis.*

¹⁶ *S. Garnerii.*

¹⁷ *Jo. Famuli.*

¹⁸ *Jo. Hugonis.*

¹⁹ *Jacobus de Fovea.*

²⁰ *Johannes de Vado.*

²¹ *Jo. Bernardi.*

²² *M. Goie.*

Ita elegi et in Cancellaria publicavi, die III ianuarii anno VIII²⁶, Io Ostiensis²⁷.

²³ *Theobaldus.*

²⁴ *Rainerius.*

²⁵ *Jo. de Prato.*

²⁶ *1425 Januar 3.*

²⁷ *Johannes de Broniaco.*

^a *Rainerius fehlt Wien 5474 int. 2*

^b *Io. de Prato fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 159. DECLARATIO PRO EXPECTANTIBUS IN COMMUNI FORMA / DE ANNO OCTAVO^a.

Sanctissimus dominus noster dominus^b Martinus divina providentia^c papa quintus^d, die sexta^e iulii pontificatus sui anno octavo^{f1}, voluit et sue voluntatis^g existere declaravit, quod prerogativa dudum per eum in favorem sequentium curiam Romanam^h circa beneficiales expectativas gratias eorundemⁱ edita seu concessa non noceat de cetero neque^j preiudicet expectantibus in forma pauperum, sed quoad preterita vel precendentia^k non vult idem dominus noster, quod predicta declaratio locum sibi^l valeat vindicare.

¹ *1425 Juli 6.*

^a *Declaratio - octavo Wien 5474 int. 2*

^b *dominus fehlt Wien 5474 int. 1*

^c *divina providentia fehlt Wien 5474 int. 2*

^d *quintus Wien 5474 int. 2 V*

^e *sexta Wien 5474 int. 2 VI*

^f *Wien 5474 int. 2 VIII*

^g *voluntatis Wien 5474 int. 1 intentionis*

^h *curiam Romanam Wien 5474 int. 1 Romanam curiam*

ⁱ *eorundem Wien 5474 int. 1 eorum*

^j *neque Wien 5474 int. 2 ne*

^k *precendentia Wien 5474 int. 1 pendentia; Wien 5474 int. 2 predentia*

^l *sibi fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 160. DE COMMISSIONE OBTENT(A) POST CONCLUSIONEM / DE ANNO OCTAVO^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus^b, die XII iulii pontificatus sui anno octavo^{c1}, voluit et mandavit, quod in commissionibus de iustitia etiam de^d consistorialibus per eum seu de eius mandato vel auctoritate ex tunc in causis, in quibus concl(usione)m^e existat, pro tempore concedendis, etiamsi in^f eisdem commissionibus de conclusione huiusmodi implicite vel explicito mentio habeatur, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresse.

¹ *1425 Juli 12.*

Ponatur in libro Cancellarie, Io Ostiensis^{g2}.

² *Johannes de Broniaco.*

^a De - octavo *Wien 5474 int. 2*

^b quintus *Wien 5474 int. 2 V*

^c octavo *Wien 5474 int. 2 VIII*

^d de *fehlt Wien 5474 int. 2*

^e concl(usione)m *Wien 5474 int. 1 conclusu(m)*

^f etiamsi in *Wien 5474 int. 2 etiam super*

^g Ponatur in libro cancellarie Iohannes Ostiensis *fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 161¹. QUOD BENEFICIA, QUORUM CONCESSIONES TENEANTUR INTERESSE OFFICIIS DIVINIS NIHIL HABENTIBUS IN PORTAT(IS), NON CADUNT SUB GRATIA / DE ANNO OCTAVO^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus^b, die^c XVIII iulii pontificatus sui anno octavo^{d2}, voluit, statuit et ordinavit, quod vicarie et capellanie perpetue in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis in regno Francie consistentibus institute, quarum capellani et vicarii perpetui tenentur omnibus divinis officiis in dictis ecclesiis interesse, qui^e habunt onus officii de facto observato^f, etiamsi curam non haberent animarum et^g cuiuscumque valoris annui existerent^h, dummodo ipse capellanie et vicarieⁱ fructus non habeant nisi dumtaxat in cotidianis distributionibus, ex nunc in antea non cadant sub gratiis expectativis nec sub aliqua reservatione comprehendantur, sed per locorum ordinarios, ad quos iparum capellaniarum^j et vicariarum collatio et provisio, apostolicis cessantibus reservationibus, de consuetudine vel de iure pertinet^k, de cetero^l libere conferuntur^m.

Placet, quod ponatur in libro Cancellarie, Oddo³.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, XIII kalendas augustii anno octavoⁿ⁴.

¹ *Vgl. OT 171.*

² *1425 Juli 18.*

³ *Oddo de Columna = Martin V.*

⁴ *1425 Juli 19.*

^a Quod - octavo *Wien 5474 int. 2*

^b quintus *Wien 5474 int. 2 V*

^c die *fehlt Wien 5474 int. 1*

^d octavo *Wien 5474 int. 2 VIII*

^e qui *Wien 5474 int. 1 quidquid*

^f facto observato *Wien 5474 int. 2 se*

^g et *fehlt Wien 5474 int. 1, Wien 5474 int. 2*

^h existerent *Wien 5474 int. 1 existant*

ⁱ capellanie et vicarie *Wien 5474 int. 2 vicarie et capellanie*

^j capellaniarum *Wien 5474 int. 1 canonicorum*

^k pertinet *Wien 5474 int. 1 pertineat*

^l de cetero *fehlt Wien 5474 int. 1*

^m conferuntur *Wien 5474 int. 1 conferantur*

ⁿ octavo *Wien 5474 int. 2 VIII*

OT 162. EXCEPTIO CONSILIARIORUM CUR(IAM) PARLAMENTI PARISIUS TENENTIUM A PREROGATIVIS ALIORUM.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V, VIII kalendas maii pontificatus sui anno VII¹ (!), ad insignes et egregios viros consiliarios regios tenentes cur(iam) parlamenti regni Parisius ac alios infrascriptos paterne dirigens considerationis intuitum ac volens eos apostolicis gratiis, prerogativis, antelationibus et favoribus specialibus confovere, motu suo proprio declaravit, voluit, statuit et ordinavit, quod hac vice dumtaxat prefati de parlamento et alii infrascripti videlicet eorum singuli in assecutione beneficii seu beneficiorum, dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum ecclesiasticorum quorumcumque, quod seu que vigore gratiarum eis per ipsum dominum nostrum factarum seu faciendarum expectant vel expectabunt in futurum, nec non desuper conficiendarum litterarum, etiamsi ad plures collationes sive ecclesias fuerint, expectantes sibi in locis suarum nationum conferendorum, videlicet Gallia in Gallicana et sic de aliis secundum modum concilii generalis, omnibus aliis similes vel dissimiles sub pari vel maiori data quascumque etiam ipsarum extensionibus gratias expectativas habentibus aut per illos vel quarumlibet facultatum prerogativarum vel antelationum et nominationum obtenta quecumque ecclesiastica beneficia expectant(tes), etiamsi in aliquarum ecclesiarum canonicos recepti sint, omnino preferantur, exceptis sancte Romane ecclesie cardinal(ibus) et duobus protonotariis, tribus secretariis, corrector(e) litterarum apostolicarum et duobus subdiaconis, duobus cubiculariis, tribus acolitis^a domini nostri pape sub unico^b contextu per ipsum dominum nostrum nominandis^c et in Cancellaria apostolica inscribend(is), Palatii apostolici causarum iudic(ibus)^d, quattuor de presidentia dicte Cancellarie et quattuor aliis abbreviatoribus, XV scriptoribus litterarum apostolicarum supradictorum etiam, ut prefertur, nominand(is) et in eadem Cancellaria describend(is) nec non veris familiaribus ipsius domini nostri domesticis et continuis commensalibus ac imperatorum, regum, ducum et ipsorum conthoralium filiis, fratribus et nepotibus nec non singulis generalis studii universitatis Parisiensis, qui cum illis principalibus rotulis personaliter se suo conspectui presentarunt seu in posterum presentabunt, ambasciatoribus equo graduat(is) ac procu(rato)re regis Francie et domini ducis Burgundie in Romana curia existentibus, qui omnes superius descripti in suis nationibus dumtaxat excepti sint, in propriis personis beneficiorum ecclesiasticorum capaces et actu

¹ 1424 April 24.

suis officiis in huiusmodi officiis insisten(tes), quibus quoad plenarium sortiendum effectum unius gratie expectative loco eius extensionis ipsius concessae vel in posterum concedende, quam in suarum nationum locis, ut prefertur, pro tempore, obtinuerint, per huiusmodi statutum, voluntatem et ordinationem nullum intendat quomodolibet preiudicium generari, sed inter ipsos et dictos inrotulatos ius comune servari. Voluit insuper idem dominus noster et etiam declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod a quibuscumque nominationibus^e, antelationibus, prerogativis, concessionibus et indultis sub quavis forma vel expressione verborum per suam s(anctitatem) hactenus quibusvis cuiuscumque status aut dignitatis, etiamsi universitati studii Parisiensis vel quibusvis aliis concessis predicti de parlamento aut alii eorum infrascripti^f sint et intelligantur, esse excepti, ita quod eis aut alicui ex ipsis predictae nominationes, antelationes, prerogative, concession(es) et indulta non valeant preiudicare quovis modo decreto irritante etiam cum clausulis derogatoriis et ceteris in contrarium editis non obstantibus quibuscumque quodque etiam dicti de parlamento beneficiorum ecclesiasticorum capaces inter se secundum ipsorum ordinem in dicta parlamenti curia et generaliter omnibus et singulis infrascriptis, qui consilarii regii non existunt, in assequend(is) affectibus dictarum suarum gratiarum preficiantur. Et insuper voluit dominus noster et concessit, quod ceteri de parlamento regio predicto beneficiorum ecclesiasticorum incapaces et laici quoad filios, fratres et clericos^g inferius descript(i) et denotat(i) possint et valeant in omnibus et per omnia similibus gratiis uti et gaudere ac pares gratias, dispensation(es) et prerogativa(s) habere et habeant.

^a VL 4990 folgt ipsius

^b unico VL 4990 unicoque

^c nominandis VL 4990 nominand(is); Wien 5474 int. 2 nominandum

^d iudic(ibus) VL 4990 auditoribus

^e nominationibus Wien 5474 int. 2 nationibus

^f infrascripti Wien 5474 int. 2 verbessert aus inscripti

^g clericos VL 4990 dilectos

ME 29. Item, quod omnes obstantie beneficiales illorum de parlamento et aliorum infra nominatorum habeantur pro expressis etiam in litteris dictarum expectatarum gratiarum nec sit opus eas in dictis gratiis exprimere. Et nihilominus voluit idem dominus noster, quod quoad faciend(um) fidem plenam in iudicio et extra de predictis prerogativis et aliis sufficiant littere paten(tes) sub sigillo domini vicecancellarii aut sui locumtenen(tis) confecte, decernen(s) irritum et inane, si secus super his a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Placet et ponatur in libro Cancellarie, Oddo^{a1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Layoutendnote*

ME 30. NOMINA CONSILIARIORUM.

Sequuntur nomina quorum supra: Magister Nicolaus Fruillon consiliarius et magister requestarum hospitii regis; magister Iacobus Brunlardi presidens in camera inquestarum parlamenti regii Parisius¹; Iohannes Unam presidens in camera parlamenti; Guilielmus de Ey, magister Philippus de Rilli, magister Gerhardus Pervere, magister Hugo Dyrus, magister Guilielmus Cotyn, magister Bartholomeus Lereste, magister Philippus de Begne, magister Petrus de Neamille, magister Simon de Plunetor, magister Michael Claustre, magister Simon le Conrareis et magister Iohannes Leveyiri, omnes prefati regis consilarii clerici in suo parlamento Parisius; magister Clemens de Frankenberge protonotarius regis et grafferius parlamenti predicti, Guilielmus de Sagolio loco magistri Io. de Longelio senioris eius patris in parlamento presiden(tis), Philippus Boutrai loco magistri Simonis de Campolucenti in dicto parlamento presiden(tis), Iohannes de Campis loco magistri Galhardi Pui Saxonis, Alexander de Belsay loco magistri Guil(ielmi) de Selsey sui^a patris, Robertus Prediser loco magistri Roberti Prediser eius patris, Petrus Vaylli loco magistri Guilielmi Aimerini, Philippus Raiort loco magistri Tissoni Raiort, magister Thomas de Courcellis loco magistri Luciani de Croqueto, Iohannes de Porta loco magistri Iohannis de Porta sui patris, Iohannes Robillant loco magistri Roberti Agode eius avunculi, Philippus de Congelio loco magistri Petri de Pilorio eius fratris, Petrus Porterii loco magistri Iohannis Porterii sui fratris, omnium predictorum regis consiliariorum laicorum in suo iam dicto parlamento; Hugo Massue loco magistri Niuntini Massue sui patris consilarii et magistri requestarum hospitii regis, Iohannes Lebegue loco magistri Iohannis Lebegue in legibus licentiati sui patris regis notarii, magister Iohannes Philippi regis notar(ius) in iam dicto parlamento, Iohannes Vum principalis clericus grafferii parlamenti predicti, Guibertus Enormant principalis clericus grafferii presentationum predicti parlamenti, magister Nicolaus de Saugnii in parlamento advocatus, magister Guilielmus Intrans in parlamento advocatus, magister Philippus de Vytri advocatus, magister Iohannes Abedot, magister Philippus de Rosa loco magistri Petri de Rosa sui patris regis notarii et grafferii presentationum parlamenti predicti, Iohannes Qua-

¹ *Paris, Île-de-France, Frankreich.*

drigarii loco magistri Stephani de Port(a) consilarii laici, Iohannes Ballon loco magistri Iohannis de Porta consilarii laici in dicto parlamento.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, IIII kalendas septembris anno VIII².

Non detur constitutio ista sub sigillo domini vicecancellarii nisi de speciali mandato domini nostri pape, Bartholomeus de Montepoliciano³.

Publicate fuerunt in Cancellaria, isto die, constitutiones predictas (!), iouis penult(imo) augusti anno VIII^{b4}.

² 1425 August 29.

³ Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.

⁴ 1425 Augusti 30.

^a sui Wien 5474 int. 2 suis

^b Publicate - VIII Wien 5474 int. 2 auf dem rechten Rand von fol. 182r

OT 163. DE EXPEDIENDIS LITTERIS SUPER RESERVATIS ET NON RESERVATIS.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa V intendens, prout incumbit eius officio, tam circa beneficia ecclesiastica, [d]e quibus hactenus per eum dispositum est et disponetur favente domino in futurum nec absque canonico titulo pro quovis occupentur, quam etiam circa illos, in quorum favorem gratiam dispositio(es) huiusmodi facte sunt et fient, ne litteras super gratiis eis de huiusmodi beneficiis concess(is) expedire negligant, providere, die prima mensis septembris pontificatus sui anno VIII¹, voluit, statuit et ordinavit, quod illi, qui hactenus ab eo quecumque et qualicumque ecclesiastica beneficia secularia et regularia dispositioni apostolice generaliter reservata impetraverant, teneantur infra sex menses a tempore publicationis eiusdem, et qui de cetero similia beneficia impetrabunt, similiter infra semestre a data impetrationis eorundem, nec non illi, qui de non reservatis beneficiis gratias ab ipso domino nostro hactenus obtinuerunt, infra annum a tempore publicationis eiusdem, et <qui> in posterum obtinebunt, similiter infra annum a die dat(e) concessarum gratiarum huiusmodi super impetrationibus et gratiis eisdem litteras apostolicas totaliter facere expediri et illas eorum executoribus presentare, alioquin lapsis mensibus et anno predict(is) littere ac impetrationes et gratie huiusmodi ac processus habiti per easdem et quecumque inde secuta eo ipso sint nulla, cassa et irrita et viribus evacuentur nulliusque deinceps existant roboris vel momenti.

¹ 1425 September 1.

Placet et ponatur in libro, Oddo².

Lecta sunt in Cancellaria per me Iacobum de Ugolinis³, V septembris MCCCCXXV^{a4}.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *Jacobus de Ugolinis.*

⁴ *1425 September 5.*

^a *Lecta - MCCCCXXV fehlt Wien 5474 int. 2*

OT 164. DE NON EXPEDIEND(O) LITTERAS SUPER EXPECTATIVIS IN HISPANIA.

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V provide considerans et attendens, quod nonnulli in regno Castelle et Legionum¹ habentes gratias expectativas ad canonicatus et prebendas seu dignitates, personatus, administrationes vel officia cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus ac simplicibus beneficiis usque ad ratam expressam summam asserunt sub predictis verbis „Beneficiis simplicibus“ beneficia etiam servitoria includi et nihilominus ad maiorem expressionem sibi obtinuerunt concedi ad eodem domino nostro, quod pretextu huiusmodi gratiarum possint acceptare beneficia servitoria nuncupata, quod in genere preiudicium et damnum ecclesiarum et aliorum expectantium maxime pauperum personarum non est dubium resonare, intendens, quod super hoc idem dominus noster debite providere, die XV augusti pontificatus sui anno VIII², voluit, statuit et ordinavit, quod quicumque de dicto regno habentes et qui ab eodem domino nostro sub quacumque forma verborum in posterum obinebunt gratias expectativas ad huiusmodi canonicatus et preben(das) seu dignitates, personatus, administrationes et officia cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus ac simplicibus beneficiis etiam servitoriis, ad quamcumque summam se eorum fructus extendant, pretextu talium gratiarum seu earum extensionum non possint nec debeant de cetero huiusmodi beneficia servitoria acceptare neque de illis sibi facere provideri, etiamsi in gratiis seu extensionibus eorundem expressa mentio de huiusmodi servitoriis beneficiis habeatur, ac decrevit idem dominus noster ex tunc irritum et inane, quidquid contra effectum et tenorem presentis constitutionis secutum fuerit vel etiam attemptatum.

Placet et ponatur in libro, Oddo³.

Ponatur in libro Cancellarie, Iohannes Ostiensis^{a4}.

¹ *Kastilien und Leon, Spanien.*

² *1425 August 15.*

³ *Oddo de Columna = Martin V.*

⁴ *Johannes de Broniacco.*

^a *Layoutendnote*

OT 165. POTESTAS VICECANCELLARII / PROROGATIO.

Placet sanctissimo domino nostro, quod reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Io(hannes) episcopus Ostiensis¹ sancte Romane ecclesie vicecancellarius in signandis supplicationibus iuxta potestatem ultimo sibi concessam ab eodem domino nostro et in libro cancellarie descriptam potestatem huiusmodi continuet, donec aliam cedulam de manu sue beatitudinis signat(am) super premissis iuxta morem per verbum „Placet“ etc.? Placet etiam sue sanctitati, quod littere super gratiis expectativis iam concessis expediantur usque ad quattuor menses continuandos a fine ultime prorogationis termini sex mensium per eum facte? Et ad fidem premissorum idem dominus noster hanc cedulam sigillari mandavit sub anulo piscatoris, die V novembris pontificatus sui anno VIII².

B(artholomeus) de Montepoliciano³ de mandato eiusdem domini nostri ponatur in libro Cancellarie^a, O(ddo)⁴..

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *1425 November 5.*

³ *Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.*

⁴ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a *Layoutendnote*

OT 179. QUOD RESERVATIO BENEFICIORUM FAMILIARIUM CARDINALIUM CUM DECLARATIONE SOLUM EXTENDI DEBEAT AD BENEFICIA FAMILIARIUM ILLORUM CARDINALIUM, QUI TEMPORE ASSUMPTIONIS DICTI DOMINI NOSTRI IN HUMANIS AGEBANT.

Sanctissimus dominus Martinus papa V ecclesiasticorum liberius dominio famuletur quietem prosequi et ab eis litis turbationisque materiam se ponere intensis cupiens affectibus, V idus ianuarii pontificatus sui anno X¹, voluit et ordinavit reservationem de beneficiis familiarium continuorum commensalium sancte Romane ecclesie cardinalium per eum in sue ad summi apostolatus apicem assumptionis primordiis factam et subsequenter ipsius declarationem extendi debere dumtaxat ad beneficia familiarium continuorum commensalium illorum ex dictis cardinalibus, qui tempore assumptionis huiusmodi in humanis agebant, et eorum, qui inante fuerint dicte ecclesie cardinales^a.

¹ *1427 Januar 9.*

^a *Layoutendnote*

ME 31. Item voluit et ordinavit tunc idem dominus noster, quod deinceps apostolice littere super concessionum sive provisionum gratiis per ipsum etiam motu proprio de beneficiis familiarium cardinalium predictorum hucusque fact(e) cum reservatione deinceps occasione familiarium huiusmodi nullatenus expediantur nec quoad illas huiusmodi reformatio vendicet sibi locum, si card(inales) ipsi tempore assumptionis ad summi apostolatus apicem non egerant in humanis, reliquis, que super similibus gratiis hactenus expedite sunt, litteris in suo robore duratur(is).

OT 180. DECLARATIO, QUOD PREROGATIVA CURIALIUM NON NOCEAT UNIVERSITATIS PARISENSIS PREROGATIVIS.

Beatissime pater! Pridem videlicet quarto kalendas februarii pontificatus vestri anno primo et deinde IIII kalendas aprilis eiusdem pontificatus anno VII s(anctitas) v(estra) humilibus et devotis suis oratoribus doctoribus et magistris universitatis studii Parisiensis in diversis eiusdem universitatibus tunc confectis rotulis gratias beneficiales expectativas fecit, volens pro eiusdem universitat(is) incremento, quod eisdem doctoribus et magistris in rotulis ipsis descriptis ac actu et sine fraude per eandem universitatem pro presentibus reputat(is) nulli alii seu alius sub quacumque data pari vel maiori similes gratias habentes, etiamsi creati canonici prebendas etc. expectarent, certis tunc designat(is) personis exceptis, in assecutione beneficiorum, que doctores aut magistri ipsi suarum gratiarum huiusmodi vigore expectarent, preferentur. Et quia, p(ate)r sancte, e(adem) s(anctitas) etiam voluit et ordinavit, quod omnes et singuli, qui III kalendas septembris eiusdem pontificatus anni IIII¹ Romanam curiam secuti fuerant aut in antea per sex menses sequerentur, in assecutione beneficiorum, que tunc expectabant aut expectarent in futurum, quibuslibet aliis sub dat(a) pari vel m(a)iori, cert(is) etiam tunc designatis personis exceptis, preferentur, prout in diversis per e(andem) s(anctitatem) super hiis editis constitutionibus et ordinationibus, quarum formas et tenores esse^a de verbo ad verbum haberi placeat pro expressis, plenius continetur, a nonnullis revocatur in dubium, an per huiusmodi prerogativam curiam predictam sequentibus, ut prefertur, concessam prerogativis, concessionibus et indult(is) eisdem doctoribus et magistris predictis concess(is) e(adem) s(anctitas) derogare voluerit. Ne igitur, pater beatissime, propter huiusmodi dubium doctores et magistri ac curiales prefati litibus involvantur, dignetur e(adem) s(anctitas) decernere et declarare vestre semper in-

¹ 1421 August 30.

tentionis fuisse et existere per huiusmodi aut alias quascumque prefatis curialibus ab^b e(adem) s(anctitate) sub quacumque forma vel expressione verborum concess(as) prerogativas eisdem doctoribus et magistris sibique concess(is) prerogativis, ut prefertur, nullatenus derogare voluisse seu velle, omnibus et singulis in dictis omnibus prerogativis content(is) clausulis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Fiat, ut petitur, quod^c prerogative curialium non noceant prerogativis universitatis quoad doctores et licentiatos ipsius universitatis nec prerogative curialium non doctorum seu licentiatorum nec magistrorum^d aut baccalariorum^e in sacra pagina noceant magistris in artibus dicte universitatis, Oddo².

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, pridie idus februarii anno IX³.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *1426 Februar 12.*

^a *esse VL 4990 etiam*

^b *ab fehlt Wien 5474 int. 2*

^c *quod VL 4990 ut*

^d *magistrorum Wien 5474 int. 2 magnorum*

^e *VL 4990 folgt formatorum*

OT 181. QUE CAUSE PARISIEN(SIUM) DEBENT TRACTARI IN CURIA^a.

Supplicat s(anctitati) v(estre) humilis et devota e(iusdem) s(anctitatis) filia universitas studii Parisiensis istas^b petitiones infrascriptas exaudiri^c dignemini de gratia speciali. Beatissime pater! Dudum s(anctitas) v(estra) inter nonnullos articulos per e(andem) s(anctitatem) devotis oratoribus vestris doctoribus et magistris prefate universitatis tunc gratiose concess(os) voluit et concessit, quod beneficiales et alie spirituales cause doctores et magistros ac scholares ipsius universitatis tangen(tes) infra muros Parisien(ses) in prima instantia tractarentur et deciderentur. Verum, p(ater) s(ancte), cum propter beneficiorum tenuitatem et suppositorum eiusdem universitatis plurimorum paupertatem nec non guerras in regno Francie vigen(tes) viarumque discrimina, que tanta sunt, quod vix audeat aliquis ad Romanam curiam iter arripere, cause huiusmodi absque gravi damno et lesione ac distraction(e)^d earum^e suppositorum a studio in dicta curia tractari non possint. Pro parte eiusdem universitatis e(idem) s(anctitati) v(estre) humiliter et devote supplicatur, quatenus sibi et eiusdem supposit(oribus) predict(is) super hoc pie compatien(tibus) concedere, decernere et statuere dignemini, quod de cetero in perpetuum omnes et singule cause huiusmodi per singula supposita huiusmodi^f universitat(is)^g contra illa mote et movende ad eandem cur(iam) devolute vel non devolute aut devolvende seu non devolvende cum omnibus^h

suis emergen(tibus) et connexis infra dictos muros et non alibi etiam in 2^a et in 3^a instantiis ac finaliter tractentur, cognoscantur, decidantur et finiantur, deputan(tes) aliquem ex conservatoribus privilegiorum ipsius universitatibus videlicet Belvacen(se)¹, Meldenseⁱ et Silvanecten(se)² episcopis, qui auctoritate apostolica aliquibus probis viris infra dictos muros residen(tibus) causas huiusmodi committere valeat audiend(i), cognoscend(i) et fine debito terminand(i) cum potestate citand(i) et inhibend(i) in forma iuris etc. causas ex nunc in Romana curia penden(tes) supposita huiusmodi tangen(tes), in quibuscumque statu et instantiis existant^j advocan(dum)^k et ad commissarium deputand(um) huiusmodi remitten(..), in contrarium facien(dis) non obstan(tibus) quibuscumque.

Fiat, ut petitur, quod, si fuerint^l actores, fiat eis summaria iustitia in curia, si fuerint^m, et eiⁿ servetur ordo iuris et stilus curie, Oddo^{o3}.

¹ Beauvais, Picardie, Frankreich.

² Senlis, Picardie, Frankreich.

³ Oddo de Columna = Martin V.

^a Que cause Parisien(sium) debent tractari in curia VL 4990

^b istas VL 4990 quatenus

^c exaudiri VL 4990 exaudire

^d distraction(e) VL 4990 distruction(e)

^e earum VL 4990 eorundem

^f huiusmodi VL 4990 ipsius

^g VL 4990 folgt seu

^h omnibus fehlt Wien 5474

ⁱ Meldense fehlt Wien 5474

^j existant VL 4990 existen(tes)

^k advocan(dum) VL 4990 advocacioni

^l fuerint Wien 5474 int. 2 fuerunt

^m fuerint Wien 5474 int. 2 fuerunt

ⁿ et ei fehlt Wien 5474

^o Layoutendnote

OT 182. EXCEPTI A PREROGATIV[IS] PARISIEN(SIUM) SOLUM EXCEPTI [...]NTUR QUOAD UNICUM BENEFICIUM^a.

Item dignetur e(adem) s(anctitas) decernere et declarare singulos exceptos a prerogativis per e(andem) s(anctitatem) doctoribus et magistris in secundo^b principali rotulo dicte universitatis sub dat(a) IIII kalendas aprilis pontificatus vestri anno septimo^{c1} signato descript(is) concess(is) quoad unicum beneficium dumtaxat per eosdem exceptos assequend(um) vel, quod iam assecuti fuerint, exceptos esse.

¹ 1424 März 29.

Fiat, ut petitur, quoad vacatura, O^{ddo}².

² *Oddo de Columna = Martin V.*

^a Excepti a prerogativ[is] Parisien(sium) solum excepti [...]ntur quoad unicum beneficium VL 4990

^b secundo *Wien 5474 int. 2 2^o*

^c septimo VL 4990 VII

OT 183. Item cum nonnulli alii a personis iuxta tenorem huiusmodi prerogativarum ab eisdem prerogativis except(is) tam vigore quarumlibet nationum facultatum conferendi beneficia per e(andem) s(anctitatem) v(estram) quibuscumque personis, cuiuscumque status existant, concessarum seu concedendarum quam alias quovis modo ab e(adem) s(anctitate) v(estra) obtinuerunt^a forsan vel in posterum^b obtinebunt gratias expectativas, super quibus dubium oriri possit^c, si dictis prerogativis periudicaret, dignetur s(anctitas) v(estra) decernere et declarare vestre intentionis et voluntatis fuisse et existere, quod per nomination(is) facultates et gratias huiusmodi ac prerogativas quascumque quibuslibet aliis ab except(is) huiusmodi etiam motu proprio concessas seu concedendas, etiamsi de eis earumque totis tenoribus hic specialis et expressa mentio facienda foret, nullum prerogativis ipsis vel eis, quibus ille concessas fuerint, preiudicium generari possit quomodo-libet vel differi^d?

Fiat except(is) nominat(is) per regem seu ducem Burgundie et illis de parlamento, O^{ddo}^{e1}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

^a obtinuerunt VL 4990 obtinuerant

^b posterum VL 4990 futurum

^c possit VL 4990 posset

^d differi VL 4990 afferi

^e *Layoutendnote*

OT 184. [...] IN ROTULO P(OST)Q(U)A(M) SIGNATO GAUDEANT PREROGATIVIS ETC.^a

Item dignetur e(adem) s(anctitas) v(estra) magistris in quodam parvo rotulo dicte universitatis postremo per e(andem) s(anctitatem) v(estram) sub dat(a) IIII kalendas maii pontificatus vestri anno VII¹ descript(is), quod ipsi prerogativis, de quibus proxime supra fit mentio, absque tamen preiudicio in 2^o principali rotulo predicto^b descriptorum uti possint et gaude(re) m(i)n(ime)(?) conced(ere) de gratia speciali?

¹ *1424 April 28.*

Fiat, ut petitur, Oddo².

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, XII kalendas ianuarii anno X³. Ponatur in libro, Franciscus Gebennensis^{c4}.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ 1426 Dezember 21.

⁴ Franciscus de Meez.

^a [...] in rotulo postquam signato gaudeant prerogativis etc. VL 4990

^b predicto VL 4990 predictorum

^c Dat - Gebennensis fehlt Wien 5474 (aus VL 4990!)

OT 185. DE EXPEDIENDIS LITTERIS SUPER VACATURIS PER ASSECUTIONEM AUCTORITATE APOSTOLICA^a.

Sanctissimus in Christo pater et dominus dominus^b Martinus divina providentia^c papa quintus^d, die nona mensis octobris pontificatus sui anno X¹, statuto et ordinationi per eum^e alias fact(is) de apostolicis super gratiis beneficialibus infra tunc express(um) tempus expediendis litteris tale moderamen adiicit, quod omnes et singuli, qui deinceps ab eo de quibusvis ecclesiasticis beneficiis per assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per ipsum sive auctoritate litterarum suarum^f conferendorum^g pro tempore vacatur(is) gratias obtinuerint, super illis apostolicas litteras infra sex menses a die, qua^h super apostolic(is) de dictis aliis beneficiis expediendis litteris processus decreti fuerint, conficiⁱ et expediri facere illarumque executoribus sive ipsorum^j alicui pro fulminandis desuper processibus presentare debeant et^k teneantur, alioquin lapsis mensibus eisdem^l gratie ipse et quecumque inde secuta pro infectis habeantur nulliusque sint roboris vel momenti.

Placet et ponatur in libro, Oddo².

Ponatur in libro, Franciscus Gebennensis³.

Lecta fuit in Cancellaria, die XIII mensis octobris anno decimo^{m4}.

¹ 1427 Oktober 10.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ Franciscus de Meez.

⁴ 1427 Oktober 13.

^a De - apostolica VL 4990

^b in Christo pater et dominus dominus VL 4990 dominus noster

^c divina providentia fehlt VL 4990

^d quintus VL 4990 V

^e Wien 5474 int. 2 wiederholt per eum

^f suarum Wien 5474 int. 2 sua

^g conferendorum VL 4990 conferendarum

^h qua VL 4990 quo
ⁱ Wien 5474 int. 2 folgt unterpunktet de dictis aliis
^j ipsorum VL 4990 ipsarum
^k et Wien 5474 int. 2 ut
^l eisdem Wien 5474 int. 2 eisdem
^m Lecta - decimo fehlt VL 4990

OT 186. DECLARATIO REGULE DE SEQUEN(TIBUS) CUR(IAM)^a.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia^b papa V recensens, quod alias favore ecclesiasticarum Romanam curia sequentium personarum voluerat, ordinaverat et decreverat, quod ille, postquam per sex menses dictam curiam continuos secute forent, eam in antea sequendo in assecutione beneficiorum ecclesiasticorum vigore gratiarum expectatarum facienda omnibus et singulis^c aliis similes vel dissimiles sub pari vel maiori dat(is) gratias expectativas pro tempore habentibus preterquam familiaribus suis domesticis et commensalibus cum moderatione tunc adiecta preferri deberent, attentius^d considerans, quod plerumque contingit nonnullas ex personis eisdem, qui per tot menses antea dictam curiam continue secute fuerunt^e, in loc(is) illi vicinis unacum dictis familiaribus et aliis suis obsequiis insistere seu infirmitat(is) aut recreationis vel alia rationabili causa a dicta curia animo ad illa evestigio redeundi aliquotiens abesse, cum[?] et talibus huiusmodi favor merito debeatur, Il kalendas decembris pontificatus sui anno XI voluntatem, ordinationem et decretum predictam in huiusmodi assecutione fienda^f omnibus et singulis, qui hactenus et etiam deinceps eandem curiam per sex menses deinceps continue secuti fuerint, si extra illam in illis vicinis locis ultra unam videlicet volgarem dietam ab ea non distantibus existen(tes) dictis obsequiis institerint, suffragari debuisse atque debere declaravit. Si vero alias ex premissa causa ab eadem curia infra huiusmodi dietam absentes extiterint, animo ad ipsam redeundo^g, ut prefertur, censuit ad eos de cetero huiusmodi voluntatem, ordinationem et decretum debere extendi perinde, ac si ipsi in dicta curia personaliter residerent.

Placet, Oddo^{h1}.

Ponatur in libro Cancellarie, Franciscus Gebennensisⁱ².

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² Franciscus de Meez.

^a Declaratio regule de sequen(tibus) cur(iam) VL 4990

^b divina providentia fehlt VL 4990

^c et singulis fehlt Wien 5474

^d attentius VL 4990 attentiusque

^e fuerunt *Wien 5474 int. 2* fuerint

^f fienda *VL 4990* facienda

^g redeundo *VL 4990* redeundi

^h Placet, O<ddo> *fehlt VL 4990*

ⁱ Ponatur - Gebennensis *fehlt VL 4990*

ME 31A (*AUS VL 4990 NEU 18*). PROROGATIO SUPER LITTERIS EXPED(IENDIS).

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per suam s(anctitatem) concess(is) a fine ultime prorogationis usque ad II menses tunc proxime futuros duxit prorogandum.

Placet domino nostro et ponatur in libro, B. de Montepolit.

Ponatur in libro, F<ranciscus> Gebennensis^{a1}.

¹ *Franciscus de Meez.*

^a *Layoutendnote*

ME 31B (*VL 4990 NEU 19*). PROROGATIO EXPEDITIONIS EXPECT(ATIVARUM).

Sanctissimus dominus noster Martinus papa V terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per suam s(anctitatem) concess(is) a fine ultime prorogationis usque ad III menses tunc proxime futuros duxit prorogandum.

OT 187. DEPUTATIO G<ERALDI> EPISCOPI CONSERANENSIS VICEREGEN(TIS) CANCELLARIAM^a.

Sanctissimus dominus noster Martinus^b papa V, die III maii pontificatus sui anno XI¹, officium vicegerentis Cancellarie apostolice olim per s(anctitatem) suam, donec aliud ordinaret, commissum reverendo in Christo patre domino F<rancisco> episcopo Gebennensi² tunc abbati monasterii sancti Eugendi Iurensis ad Gebennensem ecclesiam se transferenti expirare decernens, reverendum in Christo patrem dominum Geraldum³ episcopum Conseranensem vicegerentem eiusdem Cancellarie usque ad e(iusdem) s(anctitatis)^c beneplacitum deputavit cum potestate signandi supplicationes et commissiones gratiam vel iustitiam continentes, prout ipse Gebennensis episcopus signare hactenus consuevit.

Placet et ponatur in libro, O<ddo>⁴.

¹ *1428 Mai 3.*

² *Franciscus de Meez.*

³ *Geraldus Faidit.*

⁴ *Oddo de Columna = Martin V.*

Publicata in Cancellaria apostolica, die VII mensis maii anno XI^{d5}.

⁵ 1428 Mai 7.

^a Deputatio - Cancellariam VL 4990

^b Martinus *fehlt* VL 4990

^c s(anctitatis) VL 4990 sedis

^d Publicata - XI *fehlt* Wien 5474 int. 2

ME 31c (VL 4990 **NEU 20**). PROROGATIO PRO LITTERIS SUPER VACAN(TIBUS) EXPEDIEN(DIS)^a.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V, die prima mensis iulii pontificatus sui anno XI¹, ex certis causis animum suum moventibus terminum III mensium per eum de exped(iendis) litteris apostolicis super impetration(e) de beneficiis generaliter reservatis hactenus fact(is), quas et inde secutas alias nulla esse voluit, et earum executoribus presentand(is)^b ad alios duos menses pro illis personis, que infra terminum expeditionis et presentationis huiusmodi adhuc sunt? et ab eo super hoc hactenus prorogationes non obtinuerunt, duxit extendendum.

Placet, O^{ddo}².

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranen(sis)³.

Publicata in Cancellaria apostolica, die tertia mensis iulii anno nativitatis domini 1428⁴ (!).

¹ 1428 Juli 1

² Oddo de Columna = Martin V.

³ Geraldus Faidit.

⁴ 1428 Juli 3.

^a Prorogatio - expedien(dis) VL 4990

^b VL 4990 folgt p(ro) al. *durchgestrichen*

OT 188. Placet domino nostro, quod reverendissimus in Christo pater dominus Geraldus episcopus Conseranensis¹ Cancellariam sancte Romane ecclesie regens ultra alias potestates sibi datas et in libro eiusdem Cancellarie descriptas signet per „Concessum“ quascumque supplicationes surrogationum et „Si neutri“ pro collitigantibus apostolic(is) vel magis idoneis ac novarum provisionum nec non „Perinde valere“ super quibusvis beneficiis dispositioni apostolice generaliter minime reservatis, dummodo fructus beneficiorum huiusmodi ducentarum libarum aut totidem in alia moneta secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, dicteque supplicationes manu duorum referendariorum signate seu subscripte per prius existant et post signaturam per datarium, cui per

eundem episcopum regen(tem) sub suo signeto transmittentur, prout consuetudo est, darentur, alias tales supplicationes nullius penitus sint momenti?

Lecte et publicate in Cancellaria, die IIII mensis iulii anno domini MCCCCXXVIII^{a2}.

¹ *Geraldus Faidit.*

² *1428 Juli 4.*

^a *Layoutendnote*

OT 189. Item placet domino nostro, quod dictus episcopus regens ultra alias potestates sibi super similibus traditas super impetrationibus de beneficiis vacantibus vel vacaturis generaliter vel specialiter reservatis, etiamsi novarum provisionum, surrogationum et „Si neutri“ vel „Perinde valere“ gratie quecumque fuerint, signet per „Concessum“ reformation(es) sub dat(a) curren(ti), quando fuisset erratum in valore, addendo quartam partem valoris ipsius beneficii aut non obstan(tias) impetrantium seu valorem eorundem, in nomine vel cognomine beneficii seu persone impetrant(is) vel eius, ex cuius persona vel facto beneficium huiusmodi vacat, seu vacation(is) vel aliis clausulis similibus etiam generalem vel specialem reservation(em) continen(tibus), dummodo quoad hoc sic reservata ex primo vacation(is) modo in originali petition(e) per ipsum dominum nostrum per duplex „Fiat“, ut moris est, signata dispositive narrato huiusmodi reservatio elici et dari possit ac de aliis circumstantiis constet expresse? Volens etiam idem dominus noster hanc potestatem ad uniones et confirmationes extendi?

OT 190. Vult tamen idem dominus noster, quod, si contingat signaturam suam concurrere cum signatura dicti domini episcopi regentis, quod signatura ipsius domini nostri preferatur nec in casu huiusmodi concurrentie littere confecte ex signatura dicti domini episcopi regentis valeant, sed^a debeant in Cancellaria apostolica lacerari?

^a sed *Wien 5474 int. 2* seu

OT 191. Item, quod in gratiis expectativis signare possit reformationes ad canonicatus et prebendas etiam maiores nec non dignitates vel personatus in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis cum derogatione statutis de optandis inibi huiusmodi prebendis, prout meritis et qualitatibus personarum impetrantium ac aliis circumstantiis ponderatis sibi videbitur expedire, nec non reformationes super clausula generalis cessio-

nis omnium beneficiorum ac iurium in eis vel ad illa impetranti competen(tium) cum admissione etc.?

OT 192. Item, quod in eisdem expectativis ac impetrationibus beneficiorum non reservatorum super defectu natalium nec non de tribus annis super defectu etatis ad beneficium impetratum obtinendum dispensare et reformationes super his etiam in reservatis beneficiis non tamen monasteriis aut dignitatibus conventualibus signare possit?

OT 193. Item, quod in dispensationibus ad duo incompatibilia per eundem dominum nostrum ad partem vel in aliis impetrationibus pro tempore concessis possit signare reformationes ad aliam seu duas parochiales ecclesias obtinend(um) ad VI menses ac etiam, ubi obmissum fuisset peti clausula permutandi, alias petita dari consueta?

OT 194. Item, quod signet quascumque supplicationes pro artatis ad faciend(um) se ad sacros ordines promoveri extra tempora ratione beneficiorum curatorum aut etiam ex fundatione aut statutis ecclesiarum, in quibus fuerint vel (!) consuetudine sacros ordines requirentium aut illos annexos habentium, que obtinent et in posterum obtinebunt?

OT 195. CONCED(..).^a

Item, quod super impetrationibus beneficiorum, quas alias iuxta potestates sibi traditas signare potest, prorogationes unius mensis signare valeat pro illis, qui super beneficiis, de quibus eis per ipsum dominum nostrum concess(um) est provideri, alias prorogationes non obtinuerunt?

^a conced(..) VL 4990 (*Papier zerstört*)

OT 196. VICECANCELLARIUS POTEST MUTARE COLLATIONEM^a.

Item, quod possit mutare collationes pro expectantibus in sua natione etiam litteris expeditis?

Placet ad IIII menses, Oddo¹.

Ponatur in libro Cancellarie, Geraldus Conseranensis².

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² Geraldus Faidit.

^a Vicecancellarius potest mutare collationem VL 4990

ME 31D (AUS VL 3983 FOL. 159R). PROROGATIO PRO GRATIIS EXPECTATIVIS EXPEDIENDIS.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per suam s(anctitatem) concessis a fine ultime prorogationis usque ad duos menses proxime futuros duxit prorogandum.

Placet, O'ddo'¹.

Ponatur in libro Cancellarie, G'eraldus' Conseranensis^{a2}.

Publicata in Cancellaria, die XIII augusti anno XI³.

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² Geraldus Faidit.

³ 1428 August 14.

^a Layoutendnote

OT 197. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa V, VIII die mensis octobris pontificatus sui anno XI¹, volens equitatem servare et litibus, que alias sequi possent, obviare, ordinationem alias per eum III kalendas septembris pontificatus sui anno quarto² factam, qua curia(m) Roman(am) sequentium ipsam curiam non sequentibus in gratiis expectativis sub pari dat(a) eis hinc inde concess(is) maiori diligen(tia) et preventionem in presentatione litterarum facta non obstan(tibus) in execution(e) beneficiorum per eos ipsarum gratiarum vigore acceptandorum deberent anteferri, declaravit locum habere dumtaxat in gratiis expectativis sub dat(a) eiusdem anni concess(is), volens etiam expresse ista ad pendentia et preterita etiam per appell(ati)o(ne)m extendi debere, constitutionibus et ordinationibus apostolicis atque suis et aliis in contrarium editis non obstan(tibus) quibuscumque.

Placet, O'ddo'³.

Ponatur in libro Cancellarie, G'eraldus' Conseranensis⁴.

Publicata in Cancellaria apostolica^a, die VIII octobris anno XI⁵.

¹ 1428 Oktober 4.

² 1421 August 29.

³ Oddo de Columna = Martin V.

⁴ Geraldus Faidit.

⁵ 1428 Oktober 8.

^a apostolica fehlt Wien 5474 int. 2

ME 38 (AUS VL 3983 FOL. 159R). PROROGATIO PRO GRATIIS EXPECTATIVIS EXPEDIENDIS.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per suam sanctitatem concessis a fine ultime prorogationis usque ad duos menses ex tunc proxime futuros prorogavit.

Fiat, O^{ddo}¹.

Placet domino nostro, quod ponatur in libro Cancellarie, B^{artholomeus} de Montepoliciano^{a2}.

¹ Oddo de Columna = Martin V.

² Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.

^a Layoutendnote

ME 39 (AUS VL 3983 FOL. 159R). PROROGATIO PRO LITTERIS EXPEDIENDIS DE BENEFICIIS RESERVATIS ET NON RESERVATIS AD II MENSES.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa quintus terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis per suam sanctitatem quibusvis personis tam de beneficiis specialiter vel generaliter reservatis quam aliis non reservatis concess(is) per presentationem illarum executoribus iuxta formam constitutionis super hoc edite a fine termini per suam sanctitatem ordinati usque ad duos menses ex tunc proxime futuros duxit prorogandum.

Placet, O^{ddo}.

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranensis^{a1}.

¹ Geraldus Faidit.

^a Layoutendnote

OT 198. Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V recensens per eum alias inter cetera statutum fore, quod nulli transsumpto constitutionum in Cancellaria apostolica descriptorum in iudicio vel extra fides adhibeatur, nisi per manus vicecancellarii sub certis modo et forma tunc expressis fuerit expeditum, volensque fraudibus et inconvenientiis,

que alias verisimiliter prodirent, obviare, XIII kalendas februarii pontificatus sui anno XII¹, statuit et decrevit alicui dictarum constitutionum transsumpto etiam per vicecancellarium predictum vel ipsam Cancellariam regentem pro tempore sub modo et forma premissis expedito fidem nullatenus in iudicio vel extra adhibendam existere, nisi dumtaxat in causis partium, pro quibus huiusmodi transsumptum ab eadem Cancellaria fuerit obtentum.

Placet, Oddo².

Ponatur in libro Cancellarie et publicetur in Audientia contradictarum, Geraldus Conseranensis³.

Eisdem die et anno⁴ lecta fuit in Audientia contradictarum et XXVI eiusdem mensis⁵ publicata in Cancellaria^a.

¹ 1429 Januar 19.

² Oddo de Columna = Martin V.

³ Geraldus Faidit.

⁴ 1429 Januar 20.

⁵ 1429 Januar 26.

^a Eisdem - Cancellaria fehlt Wien 5474 int. 2

OT 199. Placet domino nostro, quod reverendus pater dominus episcopus Conseranensis¹ Cancellariam sancte Romane ecclesie regens signet per „Concessum“ quascumque supplicationes quorumcumque beneficiorum extra Romanam curiam vacantium nec non surrogation(um) et „Si neutri“ pro collitigan(tibus) apostolicis vel magis idoneis ac novarum provisionum nec non „Perinde valere“ super quibusvis beneficiis^a dispositioni apostolice generaliter minime reservatis, dummodo fructus beneficiorum huiusmodi C librarum vel tantumdem in alia moneta secundum communem estimationem valor(em) an(num) non excedant et supplicationes manu duorum referendariorum signate seu subscripte per prius existant et post signaturam per datarium, cui per eundem episcopum regentem sub suo signeto submittentur, prout consuetum est, datantur, alias tales supplicationes nullius penitus sint momenti?

¹ Geraldus Faidit.

^a VL 4990 folgt super

ME 40 (AUS VL 3983 FOL. 159V). QUOD POSSIT SIGNARE REFORMATIONES SUB DAT(A) CURRENTI DE BENEFICIIS RESERVATIS ET NON RESERVATIS UT HIC.

Item placet domino nostro, quod dictus episcopus regens Cancellariam sancte Romane ecclesie super impetrationibus de beneficiis vacantibus vel vacaturis generaliter vel specialiter reservatis, etiamsi novarum provisionum, surrogationum, de „Si neutri“ vel „Perinde valere“ gratie quecumque fuerint, signet per „Concessum“ reformationes sub data currenti, quando fuisset erratum in valore, addendo **non/vero** diminuendo aut non obstan(tias) impetrantium seu valorem eorundem, in nomine vel cognomine beneficii seu persone impetrant(is) vel eius, ex cuius persona vel facto beneficium huiusmodi vacat, seu vacationum vel aliis clausulis similibus etiam generalem vel specialem reservation(em) continen(tibus), dummodo quoad <hoc> sic reservat(a) ex primo vacation(is) modo in originali petitione per ipsum dominum nostrum per duplex „Fiat“, ut moris est, signata dispositive narrato huiusmodi reservatio elici et dari possit?

ME 41 (*AUS VL 3983 FOL. 159V*). VULT TAMEN IDEM DOMINUS NOSTER, QUOD SIGNATURA PREFERATUR, SI EADEM DIE CONCURRENT.

Vult tamen idem dominus noster, quod, si contingat signaturam suam concurrere cum signatura dicti domini episcopi regentis, quod signatura ipsius domini nostri preferatur, nec in casu huiusmodi concurrentie littere confecte ex signatura dicti domini episcopi regentis valeant, sed debeatur in Cancellaria apostolica lacerari?

OT 200. Item, quod dispensationes pro quibuscumque patientibus defectum natalium de soluto et soluta vel presbitero et soluta aut soluto et coniugata, ut ad omnes etiam sacros ordines promoveri et duo beneficia ecclesiastica compatibilia, etiamsi ipsorum unum curatum^a fuerit, retinere valeant, signare possit, dummodo per duos referendarios signate fuerint, ut preferatur?

^a curatum VL 4990 caratum

ME 42 (*AUS VL 3983 FOL. 160R*). QUOD POSSIT SIGNARE REFORMATIONES AD CANONICATUS NEC NON DIGNITATES ETC. IN CATHEDRALIBUS ET METROPOLITANIS. ITEM DISPENSATIONES SUPER CLAUSULA CESSIONIS OMNIUM BENEFICIORUM AC IURIUM ETC. UT HIC. ITEM QUOD IMPETRANTES DE EXPRIMATIONEM USQUE AD DIEM EXPEDITIONIS EARUM IN ALIIS BENEFICIALIBUS GRATIIS NON TENANTUR FACERE MENTIONEM ETC.

Item, quod in gratiis expectativis signare possit reformationes ad canonicatus et prebendas etiam maiores nec non dignitates vel personatus in cathedralibus etiam metropolitans

vel collegiatis ecclesiis cum derogatione statutis de optandis^a inibi huiusmodi prebendis, prout meritis et qualitatibus personarum impetrantium ac aliis circumstantiis ponderatis sibi videbitur expedire, nec non reformationes super clausula generalis cessionis omnium beneficiorum ac iurium in eis vel ad illa impetranti competentium cum admissione etc. nec non quod impetrantes de expectativis ipsis usque ad diem expeditionis earum in aliis beneficialibus gratiis et dispensationibus mentionem facere non tenentur, sed valide remaneant etc.?

^a optandis VL 3983 obstandi

ME 43 (AUS VL 3983 FOL. 160R). ITEM, QUOD IN EXPECTATIVIS AC IMPETRATIONIBUS BENEFICIORUM NON RESERVATORUM SUPER DEFECTU NATALIUM ET DE TRIBUS ANNIS SUPER <DEFECTU> ETATIS DISPENSARE ET REFORMARE POSSIT ETC.

Item, quod in eisdem expectativis ac impetrationibus beneficiorum non reservatorum super defectu natalium nec non de tribus annis super defectu etatis ad beneficium impetratum obtinendum dispensare et reformare super his signare possit^a?

^a possit VL 3983 posset

ME 44 (AUS VL 3983 FOL. 160R). QUOD POSSIT SIGNARE REFORMATIONES AD DUAS PAROCHIALES ECCLESIAS UT HIC.

Item, quod in dispensationibus ad duo incompatibilia per eundem dominum nostrum ad partem vel in aliis impetrationibus pro tempore concessis possit signare reformationes ad aliam seu duas parochiales ecclesias obtinend(um) ad sex menses?

ME 45 (AUS VL 3983 FOL. 160R). ITEM, QUOD IN IMPETRATIONIBUS QUORUMCUMQUE BENEFICIORUM SIGNARE VALEAT PROROGATIONES DUORUM MENSIVM.

Item, quod super impetrationibus quorumcumque beneficiorum per quasvis personas factas prorogationes duorum mensium signare valeat pro illis semel dumtaxat, qui super impetrationibus eisdem alias prorogationes non habuerunt?

ME 46 (AUS VL 3983 FOL. 160R). DE MUTATIONE COLL(ATIONIS).

Item, quod possit mutare collationes pro expectantibus in sua natione etiam litteris expeditis?

Placet de omnibus ad sex menses et ponatur in libro, O^{ddo}¹.

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranensis^{a2}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *Geraldus Faidit.*

^a *Layoutendnote*

ME 47 (*AUS VL 3983 FOL. 160R*). PROROGATIO TEMPORIS PRO LITTERIS EXPECTATIVIS EXPEDIENDIS.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V terminum expeditionis litterarum apostolicarum super gratiis expectativis per suam sanctitatem concessis a fine ultime prorogationis usque ad tres menses tunc proxime futuros duxerit prorogandum.

Placet domino nostro, B^{artholomeus} de Montepoliciano¹.

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranensis^{a2}.

¹ *Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.*

² *Geraldus Faidit.*

^a *Layoutendnote*

OT 201. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia^a papa V, ut via fraudibus precludatur et ex certis causis rationabilibus animum suum moven(tibus), die XIII mensis augusti pontificatus sui anno XII¹, voluit et ordinavit, quod quicumque^b de cetero pro aliquo beneficio ecclesiastico sibi per ipsum dominum nostrum conferendo supplicaverit offerendo expresse in supplicatione huiusmodi se in eventum assecutionis pacifice illius aliquod aliud beneficium vel beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica dimissurum aut^c ius sibi in illis seu ad ea quomodolibet competens huiusmodi supplicans talium dimittendorum beneficiorum verum valorem fructuum secundum communem estimationem, videlicet quantum valent^d affirmative et, si litigiosum fuerit, statum cause, videlicet si in prima instantia vel ulteriori et si aliqua diffinitiva pro eo vel contra ipsum lata sententia fuerit et si possessor illius vel illorum et si alias dimittenda ipsa litigiosa^e beneficia sint generaliter reservata, qua auctoritate possidet, dispositive exprimere teneatur, alioquin impetratio per eum aliter facta nullius sit roboris vel momenti, adeo quod per

¹ *1429 August 13.*

signaturam aliter obtentam nullum ius tali impetranti in re seu ad rem quomodolibet acquiratur.

Placet et ponatur in libro, O^{ddo}^{f2}.

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranensis³.

Publicata in Cancellaria, die XIII augusti anno duodecimo^{g4}.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *Geraldus Faidit.*

⁴ *1429 August 13.*

^a *divina providentia fehlt VL 4990*

^b *quicumque Wien 5474 quemcumque*

^c *aut VL 4990 ad*

^d *valent fehlt VL 4990*

^e *litigiosa fehlt VL 4990*

^f *Placet et ponatur in libro, O^{ddo} fehlt Wien 5474 int. 2*

^g *Publicata in Cancellaria, die XIII augusti anno duodecimo fehlt VL 4990*

OT 202. Placet domino nostro domino Martino pape V, quod reverendus pater dominus G^{eraldus} episcopus Conseranensis¹ Cancellariam sancte Romane ecclesie regens ultra alias potestates sibi concessas possit signare per „Concessum“ ea, que iuxta ultimam potestatem sibi super hoc datam signare potuit, et nihilominus, si idem episcopus signaverit aliqua iuxta huiusmodi potestatem post lapsum temporis eiusdem, quod finivit pridie kalendas septembris proxime preteriti²? Vult prefatus dominus noster signaturam earundem perinde valere, ac si infra ipsum tempus signata fuissent^a?

¹ *Geraldus Faidit.*

² *(1429?) August 31.*

^a *Layoutendnote*

OT 203. Item, quod dictus episcopus¹ ultra huiusmodi potestatem possit signare supplicationes pro promovendis ad sacros ordines, qui ratione beneficiorum, que obtinent, ad hoc sunt artati, etiamsi illis non immineat cura animarum?

Placet usque ad kalendis novembris², O^{ddo}³.

Ponatur in libro Cancellarie, G^{eraldus} Conseranensis⁴.

¹ *Geraldus Faidit.*

² *(1429) November 1.*

³ *Oddo de Columna = Martin V.*

⁴ *Geraldus Faidit.*

P(rese)n(ta)ta in Cancellaria, XI octobris anno XII^{a5}.

⁵ 1429 Oktober 11.

^a *Layoutendnote*

OT 204. Sanctissimus dominus noster Martinus papa V, die XII mensis octobris pontificatus sui anno XII¹, ex certis causis animum suum moventibus declaravit sue intentionis et voluntatis fuisse et existere terminum de expediendis litteris apostolicis super quibuscumque impetrationibus tam de beneficiis reservatis et non reservatis, etiam super gratiis de „Si neutri“ et surrogation(ibus) quam aliis quibuscumque concessionibus per ipsum factis et illas earundem executoribus presentandis a die, quo exercitia officiorum Romane curie per eum suspensa fuerint, usque ad diem apertionis^a dicte curie in Urbe non debuisse currere neque cucurrisse et nihilominus terminum ipsius usque ad unum mensem a dicta die apertionis^b computandum prorogavit.

Placet.

Pub(lica)ta in Cancellaria, die XV octobris anno XII².

¹ 1429 Oktober 12.

² 1429 Oktober 15.

^a apertionis VL 4990 aperitionis

^b apertionis VL 4990 aperitionis

OT 204 Anm. d. Sanctissimus dominus noster concessionem factam ordinariis et^a collatoribus de conferendis beneficiis etc.^b usque ad quinquennium sub data „Apud Sanctos Apostolos, id(ibus)^c aprilis anno octavo¹“ prorogavit et prorogat a fine dicti quinquennii^d ad aliud subsequens quinquennium et ita mandavit poni in libro Cancellarie.

Ponatur in libro Cancellarie^e, G(eraldus) Conseranensis².

¹ 1425 April 13.

² *Geraldus Faidit.*

^a et fehlt VL 4990 fol. 18r

^b etc. fehlt VL 4990 fol. 18r

^c idibus VL 4990 fol. 18r idus

^d a fine dicti quinquennii VL 4990 fol. 18r usque

^e Ponatur in libro cancellarie fehlt VL 4990 fol. 18r

OT 205¹. Sanctissimus dominus noster dominus Martinus papa V intendit in sui pontificatus anno XIII² multorum supp(licationibus) inclinatus novas expectativas gratias presertim in favorem pauperum clericorum concedere. Pro illarum et aliarum per eum hactenus concessarum ordine dirigendo fecit ordinationem et regulas subsequentes.

Primo idem dominus noster papa apertionem^a gratiarum novarum huiusmodi fecit et facit sub dat(a) XI kalendas decembris pontificatus sui predicti anno XIII³ cum continuatione dierum sequentium et nihilominus omnes et singulas antelationum prerogativas in favorem expectatarum gratiarum per eum seu auctoritate sua etiam quarumvis litterarum seu facultatum obtentu quibuscumque per sanctitatem suam etiam motu proprio, etiam familiaribus suis continuis commensalibus seu^b ad instar ipsorum sub quacumque forma vel expressione verborum concessas, quarum formas <et> tenores hic habere vult pro expressis, ad formam seu vim et effectum iuris communis quoad beneficia vacatura reducit.

¹ Auch in VL 4990 fol. 18r. Hier kollationiert.

² 1430 November 21 - 1431 November 20 [† 1431 Februar 20].

³ 1430 November 21.

^a apertionem VL 4990 aperitionem

^b seu VL 4990 se

OT 206. Item in favorem pauperum idem dominus noster papa non intendit signare novas gratias expectativas huiusmodi pro nobiles aut magistris in theologia seu in altero iurium doctoribus beneficium seu beneficia ecclesiastica CCC nec etiam pro militaribus aut in altero iurium huiusmodi licentiatis aut in medicina vel artibus magistris beneficium seu beneficia CC neque etiam pro quibuscumque aliis a predictis beneficium seu beneficia C librarum Turonensium parvorum seu florenorum auri de Camera aut eiusdem in quacumque alia moneta secundam communem extimationem va(loris) an(nui) obtinentibus, nisi id personarum merita, labores et servitia per eos fidei catholice aut ecclesie Romane prestita exposcant.

OT 207. Item prefatus dominus noster papa, ut insatiabilium ambitio reformatur, voluit et etiam ordinavit, quod, si contingat ipsum signare gratias expectativas pro illis, qui alias duas gratias expectativas aut extension(em) seu ampliacionem aut ex causa constipation(is) alic(ui)us earum revalidation(em) obtinuerunt, tales impetran(tes) in assecutione beneficiorum vigore gratiarum expectatarum de anno XIII eis concedendarum omnibus et singulis aliis sub quacumque etiam^a posteriori dat(a) expectant(ibus) apostolic(is) eiusdem anni XIII postponantur.

^a VL 4990 folgt durchgestrichen dat.

OT 208-209. Item voluit idem dominus noster papa atque decrevit, quod omnes et singuli, qui ab eo gratias expectativas sub dat(a) precedentium annorum habuerunt et ex eis vel eorum altera extensionibus earum et in antea vel in posterum fuerunt duo vel plura beneficia consecuti, in assecutione beneficiorum in vim precedentium gratiarum huiusmodi postponantur omnibus illis, qui ab eodem domino nostro gratias expectativas de anno XIII obtinebunt; qui similiter non fuerunt //(fol. 187v)

- 1 ex similibus annorum precedentium gratiis duo vel plura beneficia consecuti. Illi vero, qui ex gra(tia) seu gratiis
- 2 annorum precedentium huiusmodi vel earum extensionibus unicum dumtaxat beneficium sunt assecuti [et] illi,
- 3 qui de anno quartodecimo gratias obtinebunt ac super eis litteras et processus infra annum a dicta die X
- 4 kalendas decembris computandum confici et fulminari fecerunt; quoad unicum earundem gratiarum de anno XIII
- 5 vigore assequendum beneficium huiusmodi minime concurrant, postponantur et preferantur in pari dat(a) iuxta
- 6 huiusmodi per ipsum dominum nostrum papam paris dat(e) declaran(dam) concurrentiam nec non iuris ordinem perinde, ac si huiusmodi
- 7 gratie de anno XIII sub dat(a) precedentium annorum primi vel septimi concesse forent. Quoad alia vero
- 8 vigore precedentium gratiarum huiusmodi assequenda beneficia eis, qui gratias easdem sub dat(a) anni XIII
- 9 obtinebunt, postponantur, ut prefertur. De illis, qui duo beneficia sunt assecuti, aliis quibuscumque annorum precedentium gratiis, illi dumtaxat, super quibus littere sunt confectae et que nullum s(un)t effectum sortite, quoad unicum in iuris communis forma, quoad secundum, prout superius intersu? „Illi vero“ etc. continetur, remanentibus quoad tertium autem vel plura, ad que forsitan se extendant beneficia, quibuscumque aliis sub quacumque etiam posteriori dat(a) expectant(ibus) apostolic(is) postponantur.

OT 210. Item prefatus dominus noster papa declaran(s) concurrentias dat(arum) de annis I¹ ac VII² et XIII³ voluit atque decrevit, quod in casibus, in quibus iuxta huiusmodi ordinationem et regulas inter expectan(tes) apostolicos de annis primo^{a4}, septimo⁵ et XIII⁶ resultat paritas aut concordia dat(arum), intelligatur declaratum, quod data XI kalendas decembris anni XIII^{b7} cum dat(a) VII kalendas februarii anni primi⁸ vel VII kalendas maii anni septimi⁹ et successive X kalendas decembris anni XIII¹⁰ sub^c dat(a) VI kalendas februarii anni primi¹¹ et VI kalendas maii anni septimi¹² et sic deinceps singule kalendarum huiusmodi quote gradatim veriusque utrumque descenden(tes) concurrere ac pares esse dicantur.

Placet et ponatur in libro Cancellarie.

Ponatur in libro Cancellarie, G(eraldus) Conseranensis¹³. A(rdicinus) cardinalis Novariensis¹⁴.

Lecte et publicate fuerunt in Cancellaria apostolica, die XXIII ianuarii pontificatus domini nostri Martini pape quinti anno quartodecimo¹⁵, per me Io(hannem) Rode¹⁶.

¹ 1417 November 21 - 1418 November 20.

² 1423 November 21 - 1424 November 20.

³ 1430 November 21 - 1431 November 20 [† 1431 Februar 20].

⁴ 1417 November 21 - 1418 November 20.

⁵ 1423 November 21 - 1424 November 20.

⁶ 1430 November 21 - 1431 November 20 [† 1431 Februar 20].

⁷ 1430 November 21.

⁸ 1418 Januar 26.

⁹ 1424 April 25.

¹⁰ 1430 November 21.

¹¹ 1418 Januar 27.

¹² 1423 April 26.

¹³ Geraldus Faidit.

¹⁴ Ardicinus della Porta de Novaria.

¹⁵ 1431 Januar 23.

¹⁶ Johannes Rode.

^a primo VL 4990 primorum

^b anni XIII VL 4990 anno XIII^o

^c sub *Ottenthal verbessert in cum*

ME 49. Finis regularum Cancellarie domini Martini pape V.

Transkription von Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 5474 fol. 106r-119r (= int. 1), soweit nicht oben eingearbeitet.

OT = *Regulae cancellariae apostolicae. Die päpstlichen Kanzleiregeln von Johannes XXII. bis Nikolaus V., gesammelt und herausgegeben von Emil von OTTENTHAL, Innsbruck 1888, Neudruck Aalen 1968, S. 255-268.*

ME = *bislang ungedruckte Regeln.*

OT 99¹. PREROGATIVA UNIVERSITATIS PARISIENSIS^a.

Sanctissimus dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus in favorem et pro incremento universitatis studii Parisiensis voluit et ordinavit, quod hac vice dumtaxat in theologia et decretis doctoribus, medicina et artibus magistris^b in rotulo dicti studii per eundem dominum nostrum sub dat(a) IIII kalendas februarii pontificatus sui anno primo² signato descriptis et in eodem studio actu et sine fraude per ipsam universitatem presentibus reputat(is) et qui etiam in eodem studio huiusmodi gradum et gradus receperint, in assecutione beneficii seu beneficiorum, quod seu que vigore gratiarum eis in dicto rotulo factarum expectant vel in antea expectabunt, nulli alii seu alius^c sub quacumque data pari aut maiori, qui ab eodem domino nostro gratias expectativas sub quacumque forma verborum obtinuerunt seu in futurum obtinebunt, etiamsi per eas vel earum auctoritate quarumcumque ecclesiarum canonici creati aut in eis in canonicos sub expectatione prebendarum recepti existant, preiudicare valeant nec eis quoquo modo preferri, sedis apostolice protonotariis, auditore contradictarum, correctore litterarum apostolicarum, subdiaconis, referendariis, quattuor cubiculariis et totidem secretariis ac quinque acolitis ipsius domini nostri in Cancellaria nominandis, unico Camere apostolice et omnibus Palatii apostolici causarum auditoribus verisque familiaribus ipsius domini nostri pape per eum pro talibus reputatis, singulorum quoque sancte Romane ecclesie cardinalium singulis triginta familiaribus domesticis continuis commensalibus in ipsorum cardinalium principalibus rotulis inscriptis et per eosdem cardinales in Cancellaria predicta declarandis, singulis duabus personis ecclesiasticis, qui in conclavi, in quo idem dominus noster electus fuit, singulis in eo existentibus dominis cardinalibus et aliis prelatibus ac personis ecclesiasticis ad celebrandum electionem Romani pontificis deputatis servierunt, singulis quoque presidenti-

¹ *Druck: BULAEUS, Historia universitatis parisiensis 5 S. 326-328. Ottenthal mit diesem Anfang Universis etc. attestatur, quod sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa V in favorem et pro incremento alme universitatis studii Parisiensis nonnullas concessit prerogativas, quas in libro Cancellarie apostolice, anno a nativitate domini MCCCXCIX et die XV mensis septembris pontificatus ipsius domini nostri anno II (= 1419 September 15), conscribi et annotari fecit, quarum nec non certorum articulorum etiam per eundem dominum nostrum in favorem dicte universitatis concessorum in eodem libro cum suis signaturis similiter conscriptarum tenores de verbo ad verbum sequuntur in hunc modum*

² *1418 Januar 29.*

bus in Cancellaria sub sancte Romane ecclesie vicecancellario familiaribus commensalibus, scriptoribus litterarum apostolicarum usque ad numerum centum et unus in Cancellaria nominand(is), sic tamen quod ad beneficia in regno Francie consistentia illi dumtaxat, qui de ipso regno oriundi vel saltem generalium in aliquo studiorum eiusdem in aliqua licita facultate graduati fuerunt, alii vero de dicto numero in suis nationibus, unde oriundi vel ubi similiter graduati fuerunt, et non alias valeant nominari, nec non XXV dumtaxat earundem litterarum abbreviatoribus undecumque oriundis et ubicumque expectantibus in dicta Cancellaria nominandis, dictorum cardinalium nepotibus et fratribus, imperatorum, regum, ducum, marchionum et comitum filiis, fratribus et nepotibus, insuper regum, reginarum, Delphini Viennensis³ et singulorum ducum scilicet Burgundie⁴, Aurelianensis⁵, Brabantie⁶, Britannie⁷, Borbonii⁸ et Sabaudie⁹ procuratoribus in Romana curia residentibus, familiaribus etiam domesticis actu et continue servitiis insistentibus imperatorum, regum, reginarum, Delphini et ducum predictorum et uxorum eorundem in primis et principalibus suis rotulis inscriptis, qui tempore date gratiarum eis per eundem dominum nostrum concessarum aut concedendarum fuerint beneficiorum ecclesiasticorum capaces, et etiam imperatorum, regum, ducum, marchionum et comitum ac proprium de se regimen habentium primis ambasciatoribus ad dominum nostrum destinatis **pariterque?** universitatum quorumcumque generalium studiorum ambasciatoribus et nuntiis, qui in prefato concilio pro ecclesiastica pace et statu universalis ecclesie se presentarunt, ac etiam illis, qui consuetos et ordinarios rotulos ipsorum studiorum eidem domino nostro presentarunt vel in posterum presentabunt, gentibus quoque ecclesiasticis regium^d parlamentum Parisius tenentibus et singulis filiis non ecclesiasticorum ex eisdem dumtaxat exceptis. Predictos tamen ambasciatores et nuntios aut alias quascumque personas superius expressas, quibus forsan idem dominus noster fecit aut faciet gratias expectativas ad duo vel plura beneficia ad unam vel diversas collationes sive virtute unius et eiusdem gratie sive virtute diversarum seu extensionum unius gratie vel diversarum, voluit idem dominus noster prefatis doctoribus et magistris, etiamsi alias essent preferendi, nisi quoad unum beneficium dumtaxat assequendum preferri, canonicatu et prebenda ac dignitate, personatu, administratione vel officio pro unico beneficio computatis.

³ Karl, seit 1417 Dauphin, seit 1422 als Karl VII. König von Frankreich.

⁴ Philipp der Gute, 1419-1467 Herzog von Burgund.

⁵ Charles d'Orléans, 1407-1465 Herzog von Orléans.

⁶ Johann IV., 1415-1427 Herzog von Brabant.

⁷ Johann V., 1399-1442 Herzog der Bretagne.

⁸ Johann I., 1410-1434 Herzog von Bourbon.

⁹ Amadeus VIII., seit 1391 Graf, 1416-1439 Herzog von Savoyen.

Voluit insuper idem dominus noster et ordinavit, quod, si alicui vel aliquibus per importunitatem petentium aut alias concesserit seu concederet in futurum prerogativam seu clausulam huic presenti prerogative derogatoriam sub quavis verborum forma, per quam in aliquo preiudicium generare vel derogari posset, doctoribus et magistris prefate universitatis seu alicui ex eis, ad quos extenditur dicta prerogativa, illis nullum preiudicium afferre possit nec valeat, sed quoad ipsos cassa sit et irrita, nisi dominus noster de prerogativa universitatis specialem in litteris apostolicis fecerit mentionem, quod tamen ultra numerum quinquaginta personarum facere vel aliquo modo concedere non intendit.

^a Prerogativa universitatis Parisiensis *Wien 5474 int. 1*

^b *Wien 5474 int. 1 folgt in artibus*

^c alius *Wien 5474 int. 1 aliis*

^d regium *Wien 5474 int. 1 regum*

OT 100. Item voluit et ordinavit idem dominus noster eandem prerogativam extendi ad quattuordecim bedellos principales singularum facultatum et nationum predicti studii Parisiensis in rotulo predicto descript(os), sine tamen preiudicio magistrorum tam presentium quam absentium in predicto rotulo descriptorum.

Sic ponatur in Cancellaria^a.

^a Item voluit - Cancellaria *fehlt Bulaeus, dort folgt* Eodem anno die lune 21 martii in sessione 43 generalis concilii Constantiensis lecta est et publicata per organum domini cardinalis sancti Marci hec constitutio „De Exemptionibus“, Martinus etc. attendentes, quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii pape XI predecessoris nostri nonnulli Romani pontifices aut pro Romanis pontificibus se gerentes et in suis diversis obedientiis reputati pro sua voluntate aut per importunitatem petentium nonnullas ecclesias, monasteria, capitula, conventus, prioratus, beneficia, loca et personas a iurisdictionibus ordinariarum tempore dicti Gregorii nullatenus exemptas vel exempta, novo dictorum ordinariarum iurisdictionibus exemerunt in grave ipsorum ordinariarum preiudicium, nos volentes eiusmodi preiudicio obviare, omnes exemptiones ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, capitulorum, conventuum, prepositurarum, beneficiorum, locorum et personarum quarumcumque, etiamsi ex predictis aliquod monasterium fuerit exemptum et postea subiectum monasterio diversi habitus vel coloris a tempore obitus dicti Gregorii XI per quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes, etiamsi per nos forsitan approbate fuerint vel innovate parte non vocata de novo factas, que tamen ante exemptionem huiusmodi nulla exemptione gaudebant, sed simpliciter subiiciebantur ordinarie impositione, nullumque inter illud tempus habuerant. Exceptis etiam exemptionibus, que uni toti ordini et que ecclesiis, monasteriis, capitulis, conventibus, beneficiis sive locis a predicto tempore sub exemptionis modo aut conditione fundatis aut contemplatione nove foundationis seu universitatibus studiorum generalium aut collegiis scholarium aut per modum confirmationis augmenti aut additionis facte aut concessae aut super questionibus presentibus et auditis, quorum intererat, auctoritate competenti ordinatum fuerit seu in quibus ordinarii consenserint, et omnes exemptiones perpetuas per inferiores a papa factas sacro approbante concilio, revocamus, etiamsi super illis lis pendeat indecisa, ipsam penitus extinguentes, ecclesias, monasteria et alia loca predicta in pristinam ordinariarum iurisdictionem reducimus, ceteris autem exemptionibus ante obitum dicti Gregorii habitis et concessis volumus (!) per hoc preiudicium generari. Insuper non intendimus exemptiones de cetero facere, nisi causa cognita et vocatis, quorum interest (*gedruckt COD S. 447*).

ME 32. Ponantur in libro Cancellarie articuli signati per dominum nostrum papam, Iohannes¹ Ostiensis.

Primo igitur^a dignetur s(anctitas) e(adem) v(estra) presentem rotulum et contenta in eo solito more sue clementie benigne recipere et defectus tam iuris quam facti ac ignorantie, si qui sint in eo, minime supplere.

Item dignetur s(anctitas) v(estra) omnibus et singulis magistris et doctoribus et graduatis in presenti rotulo contentis et descriptis concedere facultatem eligendi, quotienscumque voverint, confessorem idoneum vel plures simul vel successive, qui possit eos et eorum singulos absolvere ab omnibus peccatis suis ac etiam plenam indulgentiam saltem semel in mortis articulo eisdem concedere, quodque valeant idem magistri et graduati dicere servitium divinum ad et secundum usum Romane ecclesie vel Parisiensis ecclesie aut alterius beneficiorum suorum, prout eis videbitur expedire.

Fiat de officio pro omnibus et de absolute pro magistris, Oddo².

Datum Florentie³, pridie idus septembris anno secundo⁴.

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *Florenz, Toskana, Italien.*

⁴ *1419 September 12.*

^a Primo igitur VL 4990 Pater sancte

ME 33. Item, cum tempore date presentis rotuli a s(anctitate) v(estra) speramus obtinende nonnulli de magistris et dictis in eodem rotulo descript(is) magistri, doctores aut alias, prout in eorum supplicationibus nominantur, graduati presbiteri aliisve sacris ordinibus constitut(i) aut alio quocumque prerogativarum genere[?] nostre fuissent aut essent, prout sunt tempore presentationis, e(adem) s(anctitas) v(estra) decernere gratias in eodem rotulo sibi concedendas et litteras inde conficiend(as) perinde quoad eorum totalem effectum valere^a, ac si tempore date huiusmodi rotuli fuissent in huiusmodi gradibus, ordinibus, qualitatibus constituti, prout sunt tempore presentationis eiusdem, sic tamen quod per huiusmodi gradum, ordinum atque aliarum qualitatium post datam huiusmodi quesitorum prerogativam in assecutione beneficiorum quorumcumque seu qualitercumque et ubicumque consistentium minime preferri, equiparari aut alias preiudicare valeant magistris, doctoribus et graduatis pro tempore date huiusmodi magis seu equaliter graduat(is) aut alias in similibus

vel maioribus prerogativarum qualitatibus constitut(is) in presenti rotulo descript(is) et per eandem universitatem pro presentibus reputat(is).

Fiat per vicecancellarium pro indigentibus, O^{ddo}¹.

Datum Florentie, pridie idus septembris anno secundo².

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1419 September 12.*

^a *valere Wien 5474 int. 1 valore*

ME 34. Item, quod omnes et singuli magistri, doctores et graduati in presenti rotulo^a per e(andem)^b s(anctitatem) fuerint^c in hoc rotulo gratie concesse de beneficio ecclesiastico cum cura vel sine cura, etiamsi canonicatus et prebenda, dignitas, personatus, officium aut administratio etc. fuerit, vigore gratiarum huiusmodi dignitatem, personatum, administrationem aut officium sub huiusmodi gratiis eadem unacum canonicatu et prebenda unius et eiusdem ecclesie, sive simul sive successive vacaverint, obtinere valeat et retinere, sic quod dignitas, personatus, officium aut administratio huiusmodi et canonicatus et prebenda pro uno beneficio reputentur, exceptis ecclesiis specialiter exceptatis.

Fiat, O^{ddo}¹.

Datum Florentie, pridie idus septembris anno secundo².

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1419 September 12.*

^a *VL 4990 folgt contenti quibus*

^b *eandem fehlt VL 4990*

^c *Wien 5474 int. 1 wiederholt fuerint*

ME 35. Item, quod in assecutione eorum beneficiorum quorumcumque et qualitercumque et ubicumque^a locorum consisten(tium) vigore gratiarum in presenti rotulo concedendarum magis graduatus in hac universitate Parisiense minus graduato in eadem preferatur, quocumque iure aut concessione specialis prerogative minus graduati non obstant(ibus), salvo tamen perintegre articulo de presentibus reputatis absent(ibus) quibuscumque preferendis.

Fiat, O^{ddo}¹.

Datum Florentie, pridie idus septembris anno secundo².

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1419 September 12.*

^a *Wien 5474 int. 1 wiederholt ubicumque*

ME 36. Item dignetur e(adem) s(anctitas) cum non habentibus etatem ad beneficia cum cura, dignitates vel personatus, administrationes aut officia obtinenda de tribus annis dispensare cum non obstant(iis) necessariis et oportunis, ut in forma.

Fiat pro omnibus, O⟨ddo⟩¹.

Datum Florentie, pridie idus septembris anno secundo².

Registrata libro XV folio XIII, P⟨etrus⟩ Condomiensis^{a3}.

¹ *Oddo de Columna = Martin V.*

² *1419 September 12.*

³ *Petrus Assalbitus.*

^a *Layoutendnote*

OT 139. Cum nos dudum pro incremento universitatis^a studii Parisiensis in theologia et decretis doctoribus ac medicina et artibus magistris in rotulo dicti studii per nos sub dat(a) VIII kalendas februarii pontificatus nostri anno primo¹ signato descriptis certas prerogativas in quodam Cancellarie nostre^b libro conscriptas, quas presentibus habere volumus pro^c expressis, inter cetera videlicet, quod in assecutione beneficii seu beneficiorum, quod vel que idem doctores et magistri vigore gratiarum eis in dicto rotulo factarum expectabant tunc vel in antea expectarunt, nulli alii seu alius sub quacumque data pari vel maiori, qui a nobis gratias expectativas sub quacumque verborum forma obtinuerant tunc vel in futurum obtinerent, etiamsi per eas vel earum auctoritate quarumcumque ecclesiarum canonici creati^d aut in eis in canonicos^e sub expectatione prebendarum recepti existerent, preiudicare valerent nec eas quoquo modo preferri, certis tunc designatis personis exceptis, duxerimus gratiose concedend(um). Et sicut accepimus pro eo, quod plures ex doctoribus et magistris antedictis per alias diversas supplicationes sive reformationes gratias expectativas per eas in supplicationibus dicto rotulo infectis peritus[?] propter divisiones et guerras, proh dolor, universaliter per orbem regnan(tes) seu ex aliis causis seu motivis ad alias ecclesias sive collationes vel alias sub eadem tamen data commutari aut defa... et errores in rotulo supplicationibus huiusmodi per experientiam illorum, qui rotulum et supplicationes ipsas in illis partibus formarunt et ordinarunt, commissas corrigi et emendari vel alias gratias ipsas, ut eis fructuosiores et utiliores reddi possent, reformari seu ad alias quam in dic-

¹ *1418 Januar 29.*

to rotulo petitas formas redigi procurarunt, se **pertiretas?** approbarunt, nonnulli sue prudentie seu potius adulationibus **tireiosis?** quam cancellationibus imitenter? ac verbis legem imponere verborum sensu et mente **reiect(is)** et ea pro^f sue voluntatis arbitrio interpretari eorumque nec non nostrarum concessionum huiusmodi eam salubrem? fructum rei, quod? publice comedum pentium vim et effectum privatis fraudibus **evacuos... mole...** ex vi reformationum et aliarum supplicationum huiusmodi novas ipsas **aperitis** in eodem rotulo gratiis et alias ex diversas atque prorsus alienatas **in...mere^g**. Et propterea illos, qui ex prefatis doctoribus et magistris gratias suas expectativas mediandis reformationibus seu aliis supplicationibus huiusmodi reportarunt, in assecutione beneficiorum, ad que gratie^h se extendunt, concessionibus et prerogativis predictis nequaquam uti seu gaudere posse vel debere procuratum?ⁱ abstinere et sic huiusmodi nostris illudere concessionibus manifeste continebunt^j. Nos igitur attenden(tes), quod^k beneficium principis fore **nausurum^l** debeat, quod^m sic **benigtate!** benigneⁿ interpretari^o potius valeat quam pereat et propterea talibus cavillationibus, ambiguitatibus et litibus, si que habemus, si que hactenus exinde emergerunt vel in posterum forsitan emergere contingant, viam concludere easque penitus (durchgestrichen?) submonere volen(te)s auctoritate apostolica et ex modo certa scientia tenore presentium decernimus et declaramus omnes et singulas tales gratias expectativas pro quoscumque^p ex doctoribus et magistris antedictis in prefato rotulo petitas et deinde per huiusmodi alias supplicationes sive reformationes quascumque et qualescumque, etiamsi tales fuerint, ut prefertur, et ad alias collationes vel ecclesias aut alias quomodolibet sub eadem tamen dat(a) mutatas vel reformatas seu ad quaslibet alias formas redactas, autem in huiusmodi suis erroribus vel defectibus correctas vel emendatas nullatenus novas aut alias diversas vel alienas a gratiis, ut premititur, in ipso rotulo petit(is), sed omnes cum illis easdem et ab eis originaliter defendisse haberi et sentiri debere dictosque doctores et magistros, qui gratias ipsas, ut prefertur, reportarunt, in^q assecutione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiamsi personatus et prebende aut dignitates, perpetue administrationes vel officia cum cura vel sine cura in metropolitanis, aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint et ad illas, illos vel illa consueverunt qui per electionem assumi, per eas dictarum gratiarum vigore hactenus acceptatorum vel in antea acceptandorum omnibus et singulis privilegiis supradictis uti et gaudere potuisse et debuisse ac posse et debere plene et libere in omnibus et per omnia nec in hoc eis, qui alie supplicationes sive reformationes huiusmodi pro reportandis gratiis ipsis, ut prefertur, postmodum obtente et signate fuerint, aliqu(a)n(d)is? obstare vel tantum insuper ac similibus auctoritate^r et scientia statuentes et etiam decernentes premissa tam ad presentia, etiamsi

forsan super aliquo vel aliquibus beneficio seu beneficiis per aliquem vel aliquos ex doctoribus et magistris predictis vigore gratiarum sic, ut premittitur, per eos reportatorum acceptato vel acceptat(is) vel eosdem doctores et magistros aut aliquem vel aliquos ex eis et aliis quascumque personas, cuiuscumque etiam status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminentie fuerint, lit(is) in Romana curia vel extra causa iam mote fuerint aut in quibuscumque instantiis seu statibus etiam in litibus ipsis usque ad correlationem inclusive processum foret coram delegatis vel subdelegatis a sede apostolica aut ordinaria vel aliis quibusvis iudicibus seu commissariis pendeant seu remanserint indecise, quam etiam quoad futura per expressum extendi ac irritum et inane, quidquid quis presumption(e) in contrarium attemptatum est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, volen(tes) etiam et mandan(tes) huiusmodi nostra declaratione et constitutione atque statui? in dicto libro prefatis prerogativis et concessionibus nostris videlicet annotari ac omnibus et singulis petentibus per sancte Romane ecclesie vicecancellarium pro tempore existentem seu eius locumtenentem sub alterius eorum sigillo, ut in aliis moris est, dari illisque sic datis in iudicio et extra in dicta curia et extra eam ubicumque exhibita, producta^s fuerint vel ostensa in omnibus et per omnia plenam fidem adhiberi atque firmiter standum fore et secundum ea etiam iudicari debere nec super eis quodvis aliud probationis adminiculum quomodolibet recurratur, non obstantibus aliis supplicationibus et reformationibus huiusmodi nec non constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Fiat, ut narratur, motu proprio et ponatur in libro Cancellarie, O<ddo>².

Publicata in Cancellaria, III kalendas martii anno VI³, Io<hannes> Ostiensis⁴.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *1423 Februar 27.*

⁴ *Johannes de Broniaco.*

^a universitatis *Wien 5474 int. 1* universatis

^b nostre *Wien 5474 int. 1* nostro

^c pro *Wien 5474 int. 1* per

^d creati *Wien 5474 int. 1* recati

^e canonicos *Wien 5474 int. 1* canicos

^f pro *Wien 5474 int. 1* per

^g **in...mere** *VL 4990* infringunt

^h *VL 4990* folgt ipse

ⁱ procuratum? *VL 4990* p(ro)tiantit(er)? (pronuntiantiter?)

^j continebunt *VL 4990* contendunt

^k *VL 4990* folgt decet

^l fore **hausurum** *VL 4990* esset mansurum

^m debeat, quod *VL 4990* debeatque?

ⁿ **benigtate!** benigne fehlt *VL 4990*

^o VL 4990 folgt ut

^p quocumque *Wien 5474 int. 1* quocumque

^q *Wien 5474 int. 1* folgt assecutio (!) in

^r auctoritate *Wien 5474 int. 1* auct(oritat)em!

^s producta *Wien 5474 int. 1* perducta

OT 141. Cum nos dudum pro incremento universitatis studii Parisiensis inter cetera voverimus et ordinaverimus, quod avite (!) dumtaxat in theologia et de certis doctoribus et in medicina et artibus magistris in rotulo dicti studii tunc per nos sub dat(a) IIII kalendas februarii et pontificatus nostri anno primo¹ signato descriptis et in eodem studio tunc actu sine fraude per ipsam universitatem presentibus reputat(is) et qui etiam in studio eodem huiusmodi doctoratus et magisterii gradus receperant, in assecutione beneficii seu beneficiorum, quod vel que vigore gratiarum per nos in dicto rotulo factarum expectabant tunc vel in antea expectarent, et nulli alli sive alius sub quacumque dat(a) pari vel maiori, qui a nobis gratias expectativas sub quacumque forma verborum obtinuerant tunc seu in futurum obtinerent, si per eas vel earum auctoritate quarumcumque ecclesiarum canonici creati^a aut in eis in canonicos sub expectatione prebendarum recepti existerent, preiudicare valerent nec eis quoquo modo preferri, veris familiaribus nostris per nos pro talibus reputatis et nonnullis apostolice sedis officialibus ac certis aliis personis tunc expressis exceptis, prout in prerogativa seu constitutione super hoc facta et in quodam libro Cancellarie nostre scripta, cuius tenorem hic habere volumus pro expresso, plenius continetur. Et sicut accepimus nonnulli curiosius forsitan, quam expedit^b, disceptantes^c cantores et capellani^d in capella nostra veri nostri familiares existant et per nos pro talibus presertim pro^e illis, quos a voluntate, ordinatione et prerogativa predictis, ut preferitur, excepimus, reputentur in hesitationis scrupulum revocare et deducere^f remque perspicuam ingeniosis suis cavillationibus obstinare molluntur. Nos volentes hesitationibus et cavillationibus huiusmodi materiam, ne per eas fomentum vel additis litigios(is) prestetur, anfractibus amputare, auctoritate apostolica ex nostra certa scientia tenore presentium declaramus omnes et singulos modernos cantores seu capellanos et clericos ceremoniarum dicte capelle nostre, licet forte dicte dat(e) IIII kalendas februarii seu voluntatis et ordinationis ac concession(is) prerogative huiusmodi temporis non fuerint, veros familiares nostros existere et illos nos in exceptione familiarium huiusmodi pro talibus reputasse et adhuc reputare, illos ut tales intendisse, intendere ac voluisse et velle in voluntate, ordinatione et prerogativa predictis specialiter excipere et huiusmodi exceptiones presidio tenetur? et adversus prefatos doc-

¹ 1418 Januar 29.

tores et magistros in omnibus et per omnia plene gavisitatis? specialiter communire? nec eis obsequiis nostris in dicta capella insistentibus per voluntatem et ordinationem huiusmodi seu dicte prerogative concessione^m aliquatenus preiudicari. Volentes insuper et mandan(tes) hanc nostram declarationem in libro dicte Cancellarie nostre fideliter annotari et omnibus et singulis peten(tibus) per sancte Romane ecclesie vicecancellarium seu eius locumtenentem⁹ pro tempore sub alterius illorum sigillo, ut in illis moris est, dari illisque sic date in iudicio et extra in dicta curia et extra eam ubicumque etiam in quibusvis forsan iam motis quas **et?** earum status in quibuscumque etiam instantiis ille consistant, etiamsi in illis conclusum sit, ad quos omnes et singulos et alias etiam ad preterita presentes similibus auctoritate et scientia extendimus quam in posterum quomodolibet movendis causis, liti- bus vel controversiis exhibita, producta fuerit vel ostensa in omnibus et per omnia plenam fidem adhiberi atque firmiter standum fore et secundum eam etiam iudicari debere, decer- nen(tes) irritum et inane, quidquid a quoquam quavis auctoritate seu presumption(e) in contrarium attemptatum forsan est hactenus vel in posterum contigerit attemptari, volunta- te, ordinationi et prerogativis predictis et omnibus in illis contentis ceterisque contrariis, si que sunt, non obstantibus quibuscumque.

Placet pro presentibus, O^{ddo}².

Ponatur in libro Cancellarie, Io^{hannes} Ostiensis³.

Publicata in Cancellaria, quinto mensis maii anno sexto⁴.

² *Oddo de Columna = Martin V.*

³ *Johannes de Broniaco.*

⁴ *1423 Mai 5.*

^a *creati Wien 5474 int. 1 recati*

^b *expedit VL 4990 expediat*

^c *VL 4990 folgt an*

^d *VL 4990 folgt nostri*

^e *pro VL 4990 in; Wien 5474 int. 1 per*

^f *deducere VL 4990 reducirere*

^g *locumtenentem Wien 5474 int. 1 locumtenens*

ME 37. In ceteris vero ecclesiis et abbatiis fient electiones canonice. De abbatiis autem sedi apostolice immediate non subiectis, quorum fructus secundum taxationem decime centum librarum Turonensium parvorum va(lorem) an(nuum) non excedunt, fiant confirma- tiones aut provisiones canonice per illos, ad quos alias pertinet nec communia seu minuta servitia pro eis solvantur. De abbatiis vero excedentibus summas predictas nec non cathedralibus ecclesiis ad sedem apostolicam deferantur, quas ad tempus constitutum in

constitutione Nicolai tertii, que incipit „Cupientes“¹ papa expectet, quo facto, si non fuerint presentate vel si presentate minus canonice fuerint, papa provideat. Si vero canonice fient, papa eas conferret, nisi ex causa rationabili et de fratrum consilio^a aliter duxerit providend(um), proviso quod confirmati et provisi per papam nihilominus metropolitanis et aliis prestant debita iuramenta et alia, ad que de iure vel consuetudine tenentur. De ceteris autem beneficiis scilicet aliis reservationibus iamdictis maioribus dignitatibus post pontificalem in cathedralibus et principalibus in collegiatis et in prioratibus, decanatibus seu preposituris conventualibus habentibus numerum decem religiosorum aut supra iure ordinario provideatur per prelatos et alios provisos inferiores, ad quos alias pertinet, nec computentur in turno seu vice eorum. De aliis quibuscumque dignitatibus, officiis et beneficiis medietas sit in dispositione pape, alia medietas sit in dispositione collatorum, patronorum, instituentium ordinariorum seu provisorum et alternatis vicibus unum cedat apostolico et aliud collatori, patrono aut provisorio. Itaque per quacumque aliam reservationem seu affectionem aut prerogativas ultra predictas vel alias dispositiones apostolicas seu gratias expectativas non appareat aliquis expectativus infra mensem legitime acceptans et provisos infra tres menses collatorem vel eius vicarium certificans a die note vacationis in loco beneficii, is, ad quem pertinet seu disponat, nec ei computetur in sua vice. Et beneficia vacantia per resignationem simplicem non cadent sub expectativis et ista et illa, que ex causa permutationis conferentur, neutri parti computentur.

¹ VI 1.6.16.

^a consilio *Wien 5474 int. 1 concilio*

OT 125 (2. Fassung)¹. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus ex certis rationabilibus causis animum suum moventibus intendens personas ecclesiasticas ipsum et Romanam curiam sequentes favore prosequi gratioso, III kalendas septembris pontificatus sui^a anno quarto², voluit et ordinavit pariterque decrevit, quod omnes et singule huiusmodi ecclesiastice persone quecumque seculares et regulares, graduate et non graduate, quibus quascumque gratias expectativas beneficiales etiam cum extensionibus earum sub quibusvis verborum formis fecit et etiam faciet in futurum sub quacumque data, que in civitate Florentium³ tempore, quo idem dominus noster ab ea curiam predictam ad Urbem transtulit, existebant et eandem

¹ Vgl. oben 1. und unten 3. Fassung.

² 1421 August 30.

³ Florenz, Toskana, Italien.

curiam secute^b sunt et de presenti sequuntur et sequentur, quoad beneficiorum in huiusmodi gratiis seu etiam extensionibus eis, ut premittitur, factis et fiendis comprehensorum ipsarum vigore per eas dictam curiam sequendo a dicta die in antea acceptatorum vel acceptandorum nec non ille, que post translationem huiusmodi ad dictam curiam venerint et etiam que in antea venient, quoad beneficiorum sub huiusmodi gratiis seu extensionibus eis factis vel fiendis comprehensorum, postquam eandem curiam per sex menses continuos secute^c fuerint et sequentur, postea eandem curiam sequendo acceptandorum associationes omnibus aliis et singulis ipsius domini nostri familiarium domesticorum commensalium illorum videlicet, qui tempore assumptionis sue ad apostolatum tales existebant vel tempore vacationis beneficiorum huiusmodi erant, **meratitur?** actu, singularibus personis dumtaxat exceptis similes vel dissimiles gratias beneficiales expectativas seu etiam extensiones sub pari vel maiori dat(a) habentibus ipsum et predictam curiam, ut premittitur, pro tempore non sequentibus, cuiuscumque gradus vel nobilitatis existant, preferantur, hoc adiecto, quod in theologia magistris aut in altero iure doctoribus seu cum rigore examinis^d licentiatis nec non baccalar(iis) formatis^e in eadem theologia curiam predictam non sequentibus prefati sequen(tes) nec magistri, doctores, licentiati, baccalarii formati, ut preferatur, aut nostri et sedis apostolice officiales existerint, in vigor(e) presentis prerogative non preferantur, sed inter eas cessent prerogative hinc inde penitus nec ius comune servetur, nisi inter officiales presentes et absentes questio **...teretur**, quo casu in paritate gradus huiusmodi presentes absentibus preferantur, c. „Duobus“ de rescriptis⁴ et c. „Si a sede“ de prebendis libri VI⁵ nec non quacumque alia diligentia aut quibuscumque concess(is) et concedendis, etiamsi de eis eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio foret^f facienda, et que hic voluit habere pro sufficienter expressis, ceteris contrariis non obstantibus quibuscumque.

Ponatur in libro Cancellarie lato alterius isti similis, Io(hannes) Ostiensis⁶.

⁴ VI 1.3.14.

⁵ VI 3.4.31.

⁶ Johannes de Broniaco.

^a sui Wien 5474 int. 1 suo

^b secute Wien 5474 int. 1 secuti

^c secute Wien 5474 int. 1 secuti

^d rigore examinis Wien 5474 int. 1 vigore ex nostris

^e licentiatis - formatis Wien 5474 int. 1 licentiatos nec non baccalar(ios) formatos

^f Wien 5474 int. 1 wiederholt foret

OT 142. Universis et singulis, Iohannes¹ miseratione divina episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius, salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibera (!). Quia p.. extimationi? et rationi fore consonum perhibere testimonium veritati ad universitatis vestre notitiam deducimus per presentes et fremiter attestamur, quod sanctissimus in Christo pater et dominus Martinus divina providentia papa quintus fecit et ededit quandam, que de ipsius mandato in libro dicte Cancellarie cum ceteris constitutionibus per eum editis conscripta fuit, cuius tenor sequitur, in hunc modum:

Dudum in favorem carissimi^a in Christo Caroli filii nostri^b Francorum regis² illustris episcopi Belvacen(sis)³ reservandi donationi sue auctoritate nostra^c ea vice dumtaxat pro centum^d et quadraginta person(is) idoneis quecumque et aliacumque beneficia ecclesiastica expectantibus sue obtinen(tibus) per prefatum regem tam ex suis quam carissime in Christo filie nostre Isabellis regine Francorum⁴ illustris ipsius regis consortis familiaribus, officariis vel dilectis ad hoc infra certum tempus tunc express(is) nominand(is) centum et quadraginta beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura tam secularia quam regularia ordinum quorumcumque in Ambianense⁵, Atrebatense⁶, Autissiodorens⁷, Carnotense⁸, Cathalau-nense⁹, Cabilonense¹⁰, Elnense¹¹, Laudunense¹², Lingonense¹³, Morinense¹⁴, Meldense¹⁵, Matisconense¹⁶, Noviomense¹⁷, Olorense^{e18}, Parisiense¹⁹, Remense²⁰, Senonense²¹, Su-essionense²², Silvanectense²³, Tornacense²⁴ et Trecense²⁵ civitatibus et diocesibus consisten(t)ia), etiamsi canonicatus et prebende ac dignitates, personatus, administrationes,

¹ *Johannes de Broniaco.*

² *Karl VII., 1422-1461 französischer König.*

³ *Petrus Cauchon.*

⁴ *Isabella von Bayern, † 1435.*

⁵ *Amiens, Picardie, Frankreich.*

⁶ *Arras, Nord-Pas-de-Calais, Frankreich.*

⁷ *Auxerre, Burgund, Frankreich.*

⁸ *Chartres, Centre-Val de Loire, Frankreich.*

⁹ *Châlons-en-Champagne, Champagne-Ardenne, Frankreich.*

¹⁰ *Châlons sur Saône, Burgund, Frankreich.*

¹¹ *Elne, Languedoc-Roussillon, Frankreich.*

¹² *Laon, Picardie, Frankreich.*

¹³ *Langres, Champagne-Ardenne, Frankreich.*

¹⁴ *Thérouanne, Nord-Pas-de-Calais, Frankreich.*

¹⁵ *Meaux, Île-de-France, Frankreich.*

¹⁶ *Mâcon, Burgund, Frankreich.*

¹⁷ *Noyon, Picardie, Frankreich.*

¹⁸ *Oloron, Aquitanien, Frankreich.*

¹⁹ *Paris, Île-de-France, Frankreich.*

²⁰ *Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich.*

²¹ *Sens, Burgund, Frankreich.*

²² *Soissons, Picardie, Frankreich.*

²³ *Senlis, Picardie, Frankreich.*

²⁴ *Tournai, Wallonien, Belgien.*

²⁵ *Troyes, Champagne-Ardenne, Frankreich.*

officia in metropolitanis aut aliis cathedralibus seu collegiatis ecclesiis aut prioratus seu prepositure forent et ad dignitates, personatus, administrationes et officia huiusmodi consuevissent qui per electionem assumi, eis que citra **in...em ...arum**, dummodo dignitates in metropolitan(is) etc. ad cuiuscumque seu communiter vel divisim quorumcumque collationem etc., si qua in civitatibus et diocesibus predictis tempore reservationis huiusmodi vel ex tunc in antea vacarent, que persone sic nominande per se vel procuratores suos ad hoc per eos legitime constitutos infra unius mensis spatium, postquam eis vel dictis procuratoribus de ipsorum beneficiorum vacatione constaret, ducerent acceptan(dum) conferenda singula videlicet beneficia huiusmodi singulis personis eisdem, pro quibus illa, ut prefertur, reservata forent; post acceptationes cum omnibus iuribus et pertinen(tiis) suis et easdem personas in canonicos dictarum ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici creand(as) ac stallum eis in choro et locum in capitulo ipsarum ecclesiarum cum plenitudine iuris canonici assignari, mandand(..) inhibendi etc. non obstan(tibus) constitutionibus apostolicis nec non de certo numero canonicorum aliisque statutis etc. quibuscumque ac auctoritate nostra in dictis ecclesiis receptis vel prebendas ac dignitates, personatus, administrationes vel officia in eisdem ac beneficia huiusmodi expectantibus preterquam venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus dictas personas in ass-ecutione prebendarum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum ac beneficiorum huiusmodi volumus anteferri, non obstan(tibus) quibuscumque gratiis, privilegiis, prerogativis, clausulis derogatoriis vel indultis per nos tunc quibusvis sub quavis forma vel expressione verborum, etiam cum decreto irritan(te) vel alias quomodolibet concess(is) vel in antea concedend(is), etiamsi de illis eorumque^f totis tenoribus de verbo ad verbum specialis esse mentio facienda per nostras certi tenor(is) litteras sub dat(a) II kalendas iunii pontificatus nostri anno quinto²⁶ concessimus facultatem, prout in ipsis litteris, quarum tenor(es) hic habere volumus pro expressis, plenius continetur. Et quia, sicut accepimus, nonnulli in hesitation(is) scrupulum revocare et deducere nituntur, an familiares nostri continui commensales a voluntate, ordinatione et facultate predictis sint excepti, nos volen(tes) hesitation(ibus) et disceptationibus^g huiusmodi **ma**materiam, ne per eas fomentum vel aditus litigiosi pre(ste)tur, anfractibus amputare, auctoritate apostolica ex certa scientia tenore presentium decernimus, volumus et declaramus intentionis nostre fuisse et esse omnes et singulos familiares nostros continuos commensales a voluntate, ordinatione et facultate predictis specialiter excipere et huiusmodi exceptionis presidio contra et adversus

²⁶ 1422 Mai 30.

prefatos nominatos et nominandos vigore dicte facultatis in omnibus et per omnia plene gaudere debere, prout et fratres nostri sancte^h Romane ecclesie cardinales fuerunt excepti, nec ipsis familiaribus per voluntatem ac ordinationem ac dicte facultatis concessionem aliquatenus preiudicari, non obstan(tibus) omnibus in dictis litteris contentis et aliis quibuscumque, et insuper, ne prout alias factum? extitit, denuo revocet dubium, an cantores capellani nostri in dicta capella et clerici ceremoniarum nostri veri familiares continui commensales existant, per nos pro talibus presertim pro illis, quos a voluntate, ordinationi et prerogativa predictis, ut prefertur, excepimus, reputentur auctoritate predicta et ex nostra certa scientia tenore presentium declaramus omnes et singulos cantores seu capellanos et clericos ceremoniarum dicte capelle nostre, qui nostri veri familiares continui commensales nostris expen(sis) viventes existunt et pro talibus habuimus et habemus, dummodo in nostris servitiis actualiter et presentialiter existant, veros familiares nostros continuos commensales existere, licet forsitan ex ipsis tales tempore date dicte facultatis, concessionis, ordinationis et decreti non fuerint, et illos nunc in exceptione facultatis huiusmodi pro talibus reputasse et adhuc reputare illosque ut tales intendisse et intendere atque voluisse et velle a voluntate, ordinationi et facultate predictis specialiter excipere et huiusmodi exceptionis presidio contra et adversus nominatos et nominand(os) vigore dicte facultatis, non obstan(tibus) etiam omnibus in dictis litteris contentis et aliis quibuscumque in contrarium facien(dis).

Fiat et ponatur in libro Cancellarie, Oddo²⁷. Io(hannes) Ostiensis²⁸.

Publicata in Cancellaria XX novembris anno VIⁱ²⁹.

²⁷ *Oddo de Columna = Martin V.*

²⁸ *Johannes de Broniaco.*

²⁹ *1423 November 20.*

^a *carissimi VL 4990 christianissimi*

^b *filiis nostri fehlt VL 4990*

^c *auctoritate nostra fehlt VL 4990*

^d *VL 4990 pro centum Wien 5474 int. 1 percedentum (!)*

^e *Hs. Olivernen.*

^f *so VL 4990*

^g *disceptationibus VL 4990 dubitationibus*

^h *sancte Wien 5474 int. 1 sancti*

ⁱ *Publicata - VI fehlt Wien 5474 int. 1*

OT 125 (3. Fassung)¹. Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus ex certis rationabilibus causis ad id animum suum moven-

¹ *Vgl. oben 1. und 2. Fassung.*

tibus intendens personas ecclesiasticas ipsum in Romana curia sequentes favore prosequi gratioso, tertio kalendas septembris pontificatus sui anno quarto², voluit et ordinavit pariterque decrevit, quod omnes et singule^a huiusmodi ecclesiastice persone quecumque seculares et regulares graduat(e) et non graduat(e), quibus quascumque gratias beneficiales expectativas etiam cum extensionibus earum sub quibusvis verborum formis^b fecit et etiam forte faciet in futurum sub quacumque dat(a), que in civitate Florentium tempore, quo idem dominus noster ab ea curiam predictam ad Urbem transtulit, existebant in eadem, curiam secute^c sunt et de presenti sequuntur et sequentur, quoad beneficiorum in huiusmodi gratiis seu etiam extensionibus eis, ut premittitur, factis et fiendis comprehensorum ipsorum vigore per eas dictam curiam sequendo a dicta die in antea acceptatorum et acceptandorum nec non ille, que post translationem huiusmodi in dictam curiam venerint et etiam que in antea veniant, quoad beneficiorum sub huiusmodi gratiis seu extensionibus eis, ut premittitur, factis et fiendis comprehensorum^d, postquam eandem curiam per sex menses continuos secute fuerint et sequentur, postea eandem curiam sequendo acceptandorum assecutiones officialibus nostris et apostolice sedis actu suis officiis insistentibus nec non in theologia et artibus ac medicina magistris, doctoribus quoque in iure canonico vel civili et in illo cum rigore examinis licentiatis et baccalariis formatis in eadem theologia dumtaxat exceptis, omnibus et singulis similes vel dissimiles gratias beneficiales expectativas seu etiam extensiones sub paritate datam habentibus ipsum et predictam curiam, ut premittitur, pro tempore non sequentibus, cuiuscumque gradus vel nobilitatis existant, ceteris tamen paribus <p>referantur, c. „Duobus“ de rescriptis³ et c. „Si a sede“ de prebendis libri VI⁴ nec non quacumque alia diligentia ac decretis apostolicis, etiamsi de his eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio foret facienda et que hic voluit haberi pro sufficienter expressis, ceteris contrariis non obstantibus quibuscumque.

² 1421 August 30.

³ VI 1.3.14

⁴ VI 3.4.31.

^a singule *Wien 5474 int. 1* singulos

^b formis *Wien 5474 int. 1* formas

^c secute *Wien 5474 int. 1* secuti

^d *Wien 5474 int. 1 (3. Fassung) folgt wiederholend ipsorum vigore per eas dictam curiam sequendo a dicta die in antea acceptatorum et acceptandorum nec non ille, que post translationem huiusmodi in dictam curiam venerint et etiam*

OT 128 (2. Fassung = int. 1)¹.

¹ *Vgl. oben OT 128 (1. Fassung).*

Item prefatus dominus noster Martinus papa quintus, XI kalendas decembris pontificatus sui anno quinto², voluit et ordinavit, quod, ubi sunt duo vel plures expectantes in eadem ecclesia vel in eadem collatione vel in genere vel in specie, etiamsi diversarum datarum, quod omnes possint beneficium vacans in eorum gratia cadens, **decreto in gratiis prioris date apposito non obstan(te)**, infra primum mensem **cum protestationibus solit(is)** acceptare et de illo etiam sibi in eventum facere provideri, sic quod inter omnes in iure potior in ipsius beneficii assecutione preferantur (!)^a.

² 1421 November 21 [Jahrestag seiner Krönung].

^a Layoutendnote

Extravaganten

Berlin 661, fol. 96r-96v; **Arm. 82**, fol. 166v-167v; **RV 358**, fol. 5r-5v; **BL 2825**, fol. 124v-125r; **BL 2850**, fol. 109v-110r; **PL 647**, fol. 83r-83v; **VL 2665**, fol. 130r-130v; **VL 3884**, fol. 61v-62r; **VL 3983**, fol. 89r; **VL 6343**, fol. 113v-114r; **Firenze 103**, fol. 12v; **Graz 708**, fol. 323v-324r; **Paris 4172**, fol. 146r-146v; **Druck: BR 4 S. 677f. Nr. 2.**

CONSTITUTIO CONTRA LITTERAS „VIDIMUS“ NUNCUPATAS^a.

ME 57. Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Quod^b antidota morbis hoc^c prestare solent statuta negotiis, sed plerumque contingit^d, ut, quod profuturum^e putabatur iudicio, noxium inveniatur experimento. Sane cum dudum in exordiis pestiferi et antiquati^f schismatis iam per Dei gratiam extincti ad tollendum scandala, que propter executionem diversarum litterarum, que ab hiis, qui^g pro Romanis pontificibus in diversis obedientiis se gerebant, in nonnullis partibus oriebantur, Urbanus VI^h in sua obedientia nuncupatus concesserit quibusdam prelati, quod in earum civitatibus et diocesibus non posset fieri executio aliquarumⁱ litterarum apostolicarum, nisi prius huiusmodi littere prelati ipsis vel eorum officialibus ad hoc deputatis exhiberentur et per ipsos approbate forent. Verum quia etiam deinde ipsi prelati seu officiales in consuetudinem traxerunt et aliqui pretextu statutorum provincialium seu sinodaliu similiter servant et servari faciunt, quod litteras apostolicas nullus exequi audeat, nisi postquam prelati seu officiales ipsi per suas litteras, quas „Vidimus“ seu „Placet“ nuncupant, mandent et concedantⁱ, quod possent^k exequi per iudices in eis^l deputatos, propter quod executio litterarum apostolicarum plus debito plerumque retardata fuit et sepe ipse littere apostolice totaliter executione caruerunt in gravem iniuriam sedis apostolice et enorme impetrantium preiudicium et gravamen. Nos igitur censes rationi consonum, ut, quod huiusmodi schismatis calamitas introduxit, pacis tempore auferatur, concessionem predictam et quecumque statuta circa premissa quomodolibet facta auctoritate apostolica tenore presentium hoc sacro Constantiensi approbante concilio revocamus, cassamus et etiam annullamus ac volumus et decernimus, quod iudices et executores quicumque^m inⁿ litteris apostolicis deputati et deputandi ac alii quicumque, ad quos spectabit, nec non notarii et tabelliones super hiis requisiti^o vel requirendi^p absque huiusmodi^q littera „Vidimus“ seu „Placet“ nuncupata ac etiam licentia vel^r consensu^s quorumcumque prelatorum patriarchali aut alia quavis dignitate insignitorum et locorum ordinariu aut officialium eorundem libere huiusmodi litteras apostolicas exequi debeant atque possint. Nos tamen eadem auctoritate decernimus omnes et singulas sententias, quas predicti prelati et scriptores aut eorum officiales contra huius-

modi iudices aut executores seu impetrantes propter executiones huiusmodi^t per eos faciendas forsan inflixerint^u et promulgaverint, irritas et inanes ac nullius existere roboris vel momenti nec non quemcumque, qui contra premissa aliquid attemptare presumpserit, ab exercitio iurisdictionis ecclesiastice per tres menses ipso facto suspensum. Nulli ergo. etc. nostre revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Constantie¹, secundo^v kalendas maii pontificatus nostri^w anno primo².

Antonius, pro curia, de Ponto³.

¹ Konstanz, Baden-Württemberg, Deutschland.

² 1418 April 30.

³ Antonius de Ponte.

^a Constitutio contra litteras „Vidimus“ nuncupatas Paris 4172

^b BL 2825 am linken Rand mit Verweisezeichen zu antidota: compositiones medicinales; Paris 4172 folgt compositiones medicinales

^c hoc fehlt VL 3884

^d contingit VL 3884 continet

^e profuturum VL 3884 futurum

^f antiquati VL 3884 antiqui

^g qui Paris 4172 que

^h VI Paris 4172 sextus

ⁱ executio aliquarum VL 3884 aliqua executio

^j mandent et concedant Paris 4172 mandant et concedunt

^k possent Paris 4172 possint

^l in eis fehlt VL 3884

^m quicumque Paris 4172 quecu(m)que

ⁿ in fehlt VL 3884

^o requisiti Paris 4172 inquisiti

^p requirendi Paris 4172 inquirendi

^q VL 3884 folgt licentia seu

^r licentia vel fehlt VL 3884

^s consensu Paris 4172 assensu

^t iudices - huiusmodi fehlt VL 3884

^u inflixerint Paris 4172 influxerint

^v secundo VL 3884, Paris 4172 II

^w pontificatus nostri fehlt RV 358, VL 3884

Arm. 82, fol. 167v-168v; **RV 352 Rubr.**, fol. 5r; **RV 352**, fol. 145r-145v; **RV 358**, fol. 3r-3v; **BL 2825**, fol. 125r-125v; **BL 2850**, fol. 110r-111r; **VL 6343**, fol. 114r-115r; **Graz 708**, fol. 322r-323v; **Kraków 1288**, fol. 185v-186r; **München 577**, fol. 71v-72v; **Paris 4172**, fol. 146v-147v; **GW 5729-5736** (nicht kollationiert); **Druck**: BR 4, S. 678f. Nr. 3; FRIEDBERG, *Corpus 2*, Sp. 1277f. (= Extravag. Comm. 3.8.1 [mit falscher Zuschreibung zu Martin IV. = Potthast 2 Nr. 21773]); TAUTU, *Acta Martini p.p. V*, Rom 1980 S. 129-131. (Vgl. Eugen IV. OT 60).

ME 53. CONSTITUTIO, QUOD MENDICANTES, QUI VIGORE CUIUSDAM INDULTI SEU LICENTIE AD ALIUM ORDINEM TRANSIERUNT, AD PRISTINUM ORDINEM REVERTANTUR^a.

Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram^c rei memoriam. Viam ambitiose cupiditati^d religiosi potissime mendicantibus precludere cupientes ad alios ordines presertim monasticos fucatis^e tamen coloribus asserentibus ob frugem melioris vite aut artioris^f observantie tam sancti Benedicti quam Cistercien(sis), Camaldulen(sis), Vallisumbrose, canonicorum regularium sancti Augustini vel aliorum monasticorum ordinum convolare nitentibus licentiam a sede apostolica seu legatis aut nuntiis eiusdem sedis de transferendo se a mendicantium ordinibus^g ea ratione presertim, ut verisimiliter^h, prout facti evidentia docet, est putandumⁱ, quod liberius degant dignitatesque et beneficia monastica consequi valeant, et ex certis aliis causis honestati non consonis obtinentibus ac volentes^j conservationi ordinum mendicantium etiam providere auctoritate apostolica et^k ex certa scientia tenore presentium declaramus ac decernimus statutentes, quod de cetero nullus religiosus de ordinibus^l mendicantium quorumcumque, cuiuscumque^m status, conditionis vel religionis existat, quomodocumqueⁿ aut qualitercumque possit vel debeat virtute cuiuscumque licentie aut^o indulti apostolica^p seu Penitentiarie nostre^q curam gerentis vel alia quavis auctoritate hactenus etiam per bullas^r apostolicas facultatum quarumvis tam legatorum et nuntiorum sedis prefate nec non Penitentiarie huiusmodi pro tempore curam gerentis quam aliorum quorumcumque sub quavis potestate aut^s auctoritate maxime de transferendis fratribus aut aliquibus presertim ordinum mendicantium professoribus in genere vel in specie ab ordinibus huiusmodi mendicantium ad monasticos^t, sub quacumque verborum conceptione^u appareant, admitti^v aut recipi per aliquos etiam superiores^w ordinis seu monasterii aut loci monastici seu alias in monachum vel in fratrem alicuius ex ordinibus monasticis supradictis vel aliis expressis et non expressis^x - ordine Cartusien(sis)^y dumtaxat excepto - sub pena excommunicationis, in^z quam tam recipientes quam recepti ipso facto incurrant^{aa} et quam ex nunc prout ex tunc contra quemlibet transgressorem quomodolibet in premissis scientia et auctoritate prefatis proferimus in hiis scriptis et a nemine nisi dumtaxat a Romano pontifice preterquam in mortis articulo excommunicati huiusmodi possint absolutionis beneficium quomodolibet obtinere et nihilominus secus vel aliter^{bb} facta non teneant et nullius existant efficacie, roboris^{cc} vel momenti, decernentes etiam et volentes, quod, si quis hactenus virtute cuiusvis licentie seu indulti^{dd} huiusmodi fuisset receptus ad aliquem monasticum ordinem et habitum consuetum gestari per monachos talis ordinis suscepisset, sive professionem emisisset sive non, sub dicta pena teneatur in monasterio, in quo receptus fuit^{ee}, etiamsi beneficia ecclesiastica seu rectorias ecclesiarum quarumvis obtineat, stare in eius totali vacatione^{ff} in huiusmodi ordine monastico et^{gg} Altissimo deservire. Si quis autem pretextu huiusmodi licentie cum habitu vel sine quomodoli-

bet^{hh} vagando incederet, monitione previa teneatur et debeat infra terminum quindecim dierum a die monitionis huiusmodi computandorum ad eius religionem et ordinem, unde cum licentia vel sineⁱⁱ recesserat, remeare, quod, si efficere neglexerit, post ipsum terminum tamquam notorius apostata et excommunicatus **et^{jj}** in omnibus et per omnia debeat per quemlibet^{kk} reputari et tractari^{ll} etiam per invocationem auxilii brachii secularis, quotiens fuerit opportunum. In futurum^{mm} autem nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium huiusmodi adⁿⁿ aliquem monasticum ordinem - Cartusien(su)^{oo} dumtaxat excepto - possit aut debeat per quemcumque recipi vel admitti virtute alicuius licentie vel indulti absque sedis eiusdem licentia speciali sub dictis penis et nihilominus secus facta non teneant ipso iure, huiusmodi licentiis et indultis nec non constitutionibus apostolicis et mendicantium ordinum predictorum, etiamsi de eis specialis et expressa ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio habenda^{pp} foret, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis, decreti, statuti, prolacionis^{qq} et voluntatis^{rr} infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Gebennis¹, IIII^{ss} kalendas augusti pontificatus nostri^{tt} anno primo².

Coll. per me Luperdum ^{uu3} .	B. de Montepoliciano ^{vv4} .
--	---------------------------------------

¹ Genf, Schweiz.

² 1418 Juli 29.

³ Luperdus.

⁴ Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.

^a Constitutio - revertantur *BL 2825, Paris 4172; RV 352 Rubr.* Constitutio contra mendicantes ad monasticos ordines translatos

^b *RV 352 am Kopf auf dem linken Rand F. Aretin. (= Franciscus de Montepoliciano) und rechts De curia; RV 358 am Kopf links F.*

^c futuram *FRIEDBERG* perpetuam

^d cupiditati *Paris 4172, FRIEDBERG* cupiditatis

^e fucatis *Paris 4172* fugatis

^f artioris *Paris 4172* artiozem

^g *FRIEDBERG folgt* ad alios ordines presertim

^h verisimiliter *FRIEDBERG* verisimile est

ⁱ est putandum *fehlt FRIEDBERG*

^j *FRIEDBERG folgt* etiam in

^k et *fehlt RV 358, Paris 4172*

^l de ordinibus *FRIEDBERG* ordinum

^m *FRIEDBERG folgt* gradus

ⁿ *FRIEDBERG* quantumcumque

^o aut *RV 358 ac; FRIEDBERG* etiam

^p apostolica *FRIEDBERG* apostolici

^q Penitentiarie nostre *FRIEDBERG* Penitentiarii nostri

^r bullas *FRIEDBERG* litteras

^s nec non - aut *FRIEDBERG* quam alia

^t ad monasticos *fehlt FRIEDBERG*

- ^u conceptione *FRIEDBERG* forma
^v admitti *FRIEDBERG* amitti
^w superiores *FRIEDBERG* superioris
^x et non expressis *fehlt FRIEDBERG*
^y Carthusiensi *FRIEDBERG* Carthusiensium
^z in *fehlt Paris 4172, FRIEDBERG*
^{aa} incurrant *FRIEDBERG* incurrunt
^{bb} vel aliter *fehlt FRIEDBERG*
^{cc} roboris *fehlt FRIEDBERG*
^{dd} indulti *FRIEDBERG* mandati
^{ee} fuit *FRIEDBERG* fuerit
^{ff} vacatione *RV 358, Paris 4172* vocatione; *FRIEDBERG* ordinatione et
^{gg} et *fehlt FRIEDBERG*
^{hh} quomodolibet *fehlt FRIEDBERG*
ⁱⁱ *FRIEDBERG* folgt licentia
^{jj} et *fehlt RV 358, Paris 4172*
^{kk} per quemlibet *Paris 4172* ab omnibus
^{ll} *FRIEDBERG* folgt et ab omnibus retractari
^{mm} futurum *FRIEDBERG* futuris
ⁿⁿ ad *FRIEDBERG* in
^{oo} Cartusiensi *FRIEDBERG* Cartusiensium
^{pp} habenda *FRIEDBERG* habita
^{qq} prolotionis *FRIEDBERG* prohibitionis
^{rr} statuti - voluntatis *fehlt Paris 4172*
^{ss} IIII *RV 358* quarto; *FRIEDBERG* tertio
^{tt} pontificatus nostri *fehlt RV 358, Paris 4172*
^{uu} Coll. per me Luperdum *fehlt Paris 4172; RV 358* Antonius. De curia. de Ponte (= *Antonius de Ponte*)
^{vv} B - Montepoliciano *fehlt Paris 4172*

ME 54. **Arm. 82,** fol. 170r-171r; **RL 189,** fol. 229r-229v (kollationiert 10.12.15); **RS 115,** fol. 285v-286r (kollationiert 16.12.15); **BL 2825,** fol. 126r-127r; **BL 2850,** fol. 112r-113r; **VL 6343,** fol. 116r-116v (nicht kollationiert); **Paris 4172,** fol. 149v-150r; **Teildruck:** HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 7 Nr. 22; **Regest:** TANGL, *KO* S. 132 Nr. 25.

RS 115.	Alle anderen Textzeugen.
DECLARATIO.	PRIVILEGIUM SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM ^a .
Motu proprio ad reformationem et reductionem officii scriptorie litterarum notarum, quod ex coniunctione diversarum obedientiarum excessive et ultra numerum consuetum et antiquum auctum est, quantum nobis est possibile, intendentes omnia officia sive loca quorumcumque ipsarum litterarum scriptorum, que hactenus per mortem sive alias quovis modo vacaverunt, de	Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex provisione salubri sedis apostolice decet provenire, ut deformatis ex calamitate schismatis in universali ecclesia vigentis eiusdem sedis officii illud pacis et unionis tempore apponatur remedium, per quod officia ipsa celerem et debitum reformationis consequantur effectum. Sane licet dudum centum dumtaxat

<p>quibus hactenus per sedem apostolicam non est provisum sive dispositum et ad que nondum aliqui sunt recepti vel admissi, auctoritate apostolica supprimimus et extinguimus et pro suppressis et extinctis haberi volumus. Et insuper nostro sancteque Romane ecclesie vicecancellario eiusque locumtenenti committimus et mandamus, quatenus renuntiationes omnium et singulorum earundem litterarum scriptorum sua officia in eorundem manibus resignare sponte volentium recipiat eadem auctoritate et admittat ipsisque renuntiationibus receptis et admissis eadem officia sic resignata prefata auctoritate supprimat et extinguat illaque suppressa et extincta fore pronuntiet et declaret. Fiat motu proprio, Oddo¹.</p>	<p>scriptorum litterarum apostolicarum numerus auctoritate apostolica fuisset institutus et ex tunc multis retroactis temporibus inviolabiliter observatus, tamen postmodum a nonnullis iam elapsis annis citra et presertim a tempore pestiferi et diuturni schismatis predicti nunc per Dei clementiam sedati per diversos in suis obedientiis pro summis pontificibus reputatos huiusmodi numerus propter unionem ipsarum obedientiarum adeo multiplicatus et adauctus extitit^b, quod officium ipsum ad non modicam inconvenientiam sit deductum ipsique scriptores nequeant ex emolumentis huiusmodi officii secundum exigentiam status et honoris eiusdem officii decenter et congrue sustentari. Nos igitur cupientes, quantum in nobis est, ea, que dicti schismatis tempore deformata comperimus et potissime dictum officium concernentia eo ferventius, quo scriptorum litterarum huiusmodi sedulis obsequiis magis indigemus et celerius reformare volumus et auctoritate^c apostolica motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam^d tenore presentium decernimus irrefragabiliter statuentes, quod omnia et singula dictorum scriptorum officia sive loca, que hactenus per mortem sive alias quovis modo vacaverunt et nunc vacant et ad que nondum aliqui sunt recepti vel admissi ex nunc, ac etiam illa, que in posterum forsitan per liberam resignationem in manibus nost-</p>
--	---

¹ Oddo de Columna = Martin V.

	<p>ris vel sancte Romane ecclesie vicecancellarii, qui erit pro tempore, aut eius locumtenentis per eosdem scriptores de huiusmodi officiis sponte faciendam et auctoritate predicta per nos vel eum admittendam, super quo vicecancellario et locumtenenti huiusmodi vices nostras presentibus plenarie committimus et potestatem concedimus, vacare contigerit ex tunc, donec officium huiusmodi ad centum huiusmodi scriptorum numerum reductum fuerit, penitus et omnino sint et esse debeant extincta et suppressa, ita quod interim ad^e nunc vacantia et in antea per resignationes huiusmodi vacatura officia seu loca predicta nulli de novo per litteras apostolicas, quorumcumque etiam tenorum existant, in scriptores surrogari vel recipi possint seu debeant quomodolibet vel admitti, decernentes ex nunc irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, constitutionis, statuti, commissionis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc.</p>
Datum Gebennis ² , decimo septimo ^f kalendas septembris anno primo ³ .	
	Antonius. Gratis pro officio scriptorum. de Ponto ^{g4} .

² *Genf, Schweiz.*

³ *1418 August 16.*

⁴ *Antonius de Ponte.*

^a *Privilegium - apostolicarum VL 6343, Paris 4172*

^b *extitit Paris 4172 existit*

^c *auctoritate fehlt Paris 4172*

^d *Paris 4172 folgt interlinear auctoritate*

^e *ad Paris 4172 a*

^f decimo septimo *Paris 4172 XVII*

^g Antonius. Gratis pro officio scriptorum, de Ponto *fehlt Paris 4172*

Arm. 82, fol. 174r-182r; **RV 352 Rubr.**, fol. 5v; **RV 352**, fol. 159r-165r; **BL 2825**, fol. 129r-133v; **BL 2850**, fol. 100r-110v (= a) und 115r-123r (= b); **PL 647**, fol. 75r-81v (= R); **VL 2665**, fol. 116r-123r; **VL 3884**, fol. 53r-60r; **VL 3983**, fol. 9v-14r; **VL 4990**, fol. 6r-10r; **VL 6343**, fol. 118v-124r; **Firenze 103**, fol. 7v-11r; **Köln 25b**, fol. 144r-149r; **Napoli 20**, fol. 336v-338v; **Paris 4172**, fol. 153r-161v (kollationiert 12.1.13); **Wien 5474**, fol. 122r-128r (nicht kollationiert); **Druck**: BAUMGARTEN, *Aus Kanzlei und Kammer S. 322-333 (nach RV 352); TANGL, KO S. 133-145 Nr. 26 (nach BL 2825); BR 4 S. 679-689 Nr. 4 (BR); Regest: HOFMANN, *Forschungen 2 S. 7 Nr. 23. Ich habe die interne Numerierung von TANGL bzw. BAUMGARTEN beibehalten.**

München 3063, fol. 258v-259v ist eine sehr stark redigierte Fassung, die sich kaum mit dem ursprünglichen Text kollationieren lässt, vgl. die Ansätze. Die auf den Kopien schwarz gefärbten Stellen sind im Original lesbar. Eine Farbkopie wäre hilfreich, wenn der Text tatsächlich beigezogen werden sollte. (AM 8.4.15)

REFORMATIO OFFICIALIUM CANCELLARIE, PENITENTIARIE ET CONTRADICTARUM AUDIENTIE^a.

BA 0. Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad perpetuam^c rei memoriam^d. In apostolice dignitatis specula super gregem dominicum licet immeriti constituti iniunctum^e nobis desuper apostolatus officium debite, ut tenemur exequi coadiuvante Domino cupientes ad ea libenter nostre dirigimus considerationis intuitum et diligenter prospicimus, que rei publice utilitatem respiciunt^f et commodum, ut per nostre provisionis auxilium evellantur vitia, plantentur virtutes, destruantur iniqua et reedificentur honesta ac prava transeant indirecta et sublatis deformibus reluceant debite reformationis decor et pulcritudo ac totius equitatis et iustitie exinde proveniant^g incrementa^h.

^a Reformatio - Audientie *RV 352 Rubr. und am Rand Reformatio officialium Cancellarie etc. generalis valde; BL 2825 Bulla reformationum officialium curie Romane; VL 3884 Constitutio domini nostri domini Martini pape V Gebennen.* edite; *München 3063* Alia constitutio reformationis incipit

^b episcopus - Dei *RV 352, BL 2825, Paris 4172* etc.

^c *BR* futuram

^d Martinus - memoriam *fehlt München 3063*

^e iniunctum *VL 3884* iniunctam

^f respiciunt *VL 3884* prospiciunt

^g exinde proveniant *VL 3884 eximie (?)* proveniat

^h super - incrementa *fehlt München 3063*

BA 1. Sane licet felicis recordationis^a Iohannes^b XXII¹ et Benedictus^c XII² ac Gregorius^d XI³ Romani pontifices^e predecessores nostri nec non de mandato apostolico nonnulli audi-

¹ Vgl. *Johannes XXII. Nr. 47, 54 und 55.*

² Vgl. *Benedikt XII. Nr. 44.*

³ Vgl. *Gregor XI. Nr. 86.*

tores^f Audientie contradictarum litterarum apostolicarum et demum^g bone memorie^h Gaufridus⁴ episcopus Cabilonensis ac Petrus⁵ tunc electus Vivariensis dicte Audientie auditores nonnullas constitutiones et ordinationes⁶ regimen et gubernationem officialium ac officiorum Cancellarie et Penitentiarie apostolicarum nec non predicte contradictarum et causarum Palatii apostolici Audientiarum et aliorum in Romana curia iudicum seu commissariorum eorumque notariorum nec non advocatorum consistorialium et procuratorum in Audientiis predictis concernentesⁱ laudabiliter ediderunt, quia tamen huiusmodi^j crescente malitia postmodum aut debite non observate aut additionibus utilibus indigere noscuntur, nos igitur super hoc intendentes, prout ex debito pastoralis officii nobis iniuncti licet immeritis^k obligamur, salubriter et utiliter providere, tenore presentium prefatas constitutiones et ordinationes, quas hic haberi volumus pro expressis, auctoritate apostolica tenore presentium innovantes ac eas cum^l additionibus infrascriptis precipientes firmiter observari eadem auctoritate statuimus et etiam ordinamus,

⁴ *Gaufridus de Saliniaco.*

⁵ *Petrus de Sortenaco.*

⁶ = *Gregor XI. Nr. 107.*

^a Sane - recordationis *München 3063* constitutiones

^b Iohannes *VL 3884* Io(hannis)

^c Benedictus *VL 3884* Benedicti

^d Gregorius *VL 3884* Gregorii

^e Romani pontifices *fehlt München 3063*

^f nostri - auditores *München 3063* auditorum

^g demum *VL 3884* de mandato

^h litterarum - memorie *München 3063* et

ⁱ concernentes *VL 3884* constenentes (!)

^j huiusmodi *Paris 4172* hominum

^k immeritis *VL 3884* immeriti

^l ac eas cum *VL 3884* ac etiam in

DE NOTARIIS SIVE PROTONOTARIIS^a.

BA 2. quod, si^b notarii apostolici ac eorum abbreviatores et alii in iustitia et etiam gratia litterarum apostolicarum abbreviatores^c taxam nimiam pro minutis suis petierint ac, etiamsi littere apostolice excessive taxate fuerint, super excessibus huiusmodi per partes ad vicecancellarium aut de mandato suo vel ipso absente^d ad eius locumtenentem seu presidentem in Cancellaria predicta habeatur recursus, qui deliberatione habita cum abbreviatoribus assistentibus eidem vicecancellario in expeditione litterarum apostolicarum^e in Cancellaria et aliis, de quibus sibi videbitur in hoc peritis, excessus predictos ad debitam reducant moderationem ac medietatem huius, quod excessive petierint, a scriptoribus vel abbreviatoribus predictis^f, qui illud petierint, nec non taxatoribus litterarum earundem, qui illas sic

excessive^g taxaverint, exigant in usus capelle scriptorum predictorum aut alia pia opera convertendam^h;

DE SALARIO IUXTA TAXAMⁱ.

quodque notarii predicti pro^j minutis litterarum provisionum patriarchalium, metropolitanarum ac aliarum cathedralium ecclesiarum ac monasteriorum quorumcumque consistorialiter factarum, cum alie non pertineant ad ipsos, recipere valeant, sicut plus vel minus pro communi servitio solvitur ab^k eisdem videlicet pro primo centenario florenorum communis servitii ultra quinque et pro quolibet alio similium florenorum centenario^l, si plura sint, ultra unum et, si servitium huiusmodi ad centum florenorum non ascenderit, pro quolibet decenario numero florenorum huiusmodi ultra^m medium florenorum nullatenus recipiant vel exigant quocumque quesito colore, alioquin eorum quemlibet penas in dictarum litterarum abbreviatoribusⁿ plus debito a minutis, quas faciunt, exigentibus^o latas inferius declaratas incurrere volumus ipso facto,

^a De - protonotariis RV 352; BL 2825 am rechten Rand De protonotariis; VL 3884 am linken Rand Additiones und am rechten Protonotarii / ... taxantur, applicatur capelle scriptorum; VL 6343 De protonotariis participantibus et eorum abbreviatoribus

^b si fehlt VL 3884

^c et alii - abbreviatores fehlt VL 3884

^d absente VL 3884 habente (?)

^e apostolicarum fehlt VL 3884

^f predictis fehlt Paris 4172

^g excessive Paris 4172 successive

^h convertendam VL 3884 committendam

ⁱ De salario iuxta taxam VL 6343

^j pro fehlt VL 3884

^k ab VL 3884 et

^l florenorum - centenario fehlt VL 3884

^m si servitium - ultra fehlt VL 3884

ⁿ abbreviatoribus VL 3884 abbreviatores

^o exigentibus VL 3884 exigentes

DE BULLIS RESCRIBENDIS^a.

BA 3. quod, si eorum et cuiuscumque alterius^b abbreviatoris culpa littere, quarum^c fecerint minutas et pro quibus salaria seu emolumenta recipiunt, fuerint rescribende^d, eorum sive illius expensis rescribantur, qui fuerint vel fuerit in culpa, sub penis infradictis.

^a De bullis rescribendis VL 6343

^b alterius fehlt Paris 4172

^c quarum VL 3884 quas

^d minutas - rescribende VL 3884 rescribendas

DE ABBREVIATORIBUS NOTARIORUM EXAMINANDIS^a.

BA 4. Et insuper, cum prefati notarii expertos et sufficientes habere debeant abbreviatores, quandoque recipiunt in arte abbreviatorie minus expertos, ex quibus secuta sunt quandoque detrimenta atque damna, statuimus, quod nullus dictorum notariorum aliquem suum abbreviatorem recipere valeat neque possit, nisi primitus ad id per assistentes vicecancellario in expeditione litterarum apostolicarum et alios, de quibus sibi videbitur, abbreviatores in minutis super ipsis de iustitia formandis expertos sufficientes reperti^b fuerint et etiam approbati.

^a De - examinandis *BL 2825 am rechten Rand*

^b reperti *VL 3884* et experti

NOTA^a.

BA 5. Statuimus et ordinamus, quod, si littera fuerit in Cancellaria rescribenda iudicata^b, quod infra tres dies naturales a die requisitionis partis^c prosequentis aut sollicitatoris expeditionis^d eiusdem ille, cuius culpa iudicata^e fuerit rescribenda, expensis suis propriis sine quocumque alio salario, quantumcumque modico etiam gratis oblato teneatur rescribere aut rescribi facere sub pena suspensionis ab officio scriptorie litterarum^f predictarum et ingressu Cancellarie, si scriptor fuerit litterarum^g, quadraginta^h dierum continuorum temporeⁱ nec interim litteram alicuius taxe sibi distribuat distributor sive rescribendarius litterarum earundem sub excommunicationis pena, quam, si contrarium faciat scienter, incurrat ipso facto, a qua non possit absolvi nisi a Romano pontifice, prius satisfacto realiter et cum effectu parti lese de damnis et interesse, et tres ducatos solverit applicandos eidem capelle scriptorum litterarum^j predictarum^k pro pena.

HIC PENA PECUNIARIA LIGAT TAM ABBREVIATORES QUAM SCRIPTORES^l.

Si vero fuerit abbreviator, similiter compellatur litteram facere scribi^m infra predictum terminum sub pena suspensionis ab officio eiusⁿ et^o ingressu Cancellarie per tres menses, quo suspensionis tempore durante nihil sibi distribuat vicecancellarius, quod, si inadvertenter aut alias^p vicecancellarius quidquam sibi distribuat et ipse recipiat huiusmodi suspensionis tempore durante, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat,

AGRAVATIO PENARUM^q.

a qua nullo modo possit absolvi nisi a Romano pontifice, prius^r satisfacto parti lese de damnis et interesse, et donec realiter solverit tres ducatos convertendos^s, ut prefertur,

HIC ETIAM CONTINET PENA PECUNIARIA^t.

et ad reiterationem delicti sive excessus locum habeat multiplicatio pene;

-
- ^a Nota *RV 352; BL 2825 am rechten* Nota de rescribendis *und am linken Rand* [..]duntur abbreviatores et / [..]es ab eorum officio per / [..] continuos, nisi infra tres / [..] rescribendas rescribi faciant / [..] fertur excommunicatio contra / [..] si scriptor hoc / [..] tempore ali.. distribuat / [..] suspenditur abbreviator / [..] per tres / [mens-
ses] / *es folgen weitere 8 Zeilen verblassten Textes; VL 3884 De litteris rescribendis et pena / Rescriben-
darius excommunicatur*
- ^b iudicata *VL 3884* indicata
- ^c partis *fehlt VL 3884*
- ^d sollicitatoris expeditionis *VL 3884* sollicitantis expeditionem
- ^e iudicata *VL 3884* indicata
- ^f *VL 3884 folgt* apostolicarum
- ^g litterarum *fehlt VL 3884; Paris 4172 folgt* predictarum
- ^h quadraginta *VL 3884 XL*
- ⁱ tempore *fehlt VL 3884*
- ^j *VL 3884 folgt* apostolicarum
- ^k predictarum *Paris 4172* predictorum
- ^l Hic pena pecuniaria ligat tam abbreviatores quam scriptores *BL 2825 am rechten Rand*
- ^m scribi *VL 3884* fieri
- ⁿ eius *fehlt VL 3884*
- ^o *Paris 4172 folgt* eius
- ^p alias *VL 3884* alius
- ^q Agravatio penarum *BL 2825 am rechten Rand*
- ^r prius *fehlt VL 3884*
- ^s convertendos *fehlt VL 3884*
- ^t Hic etiam continet pena pecuniaria *BL 2825 am rechten Rand*

DE NON SCRIBENTIBUS^a.

(BA 6) et quod nulli ex scriptoribus predictis, qui per se ipsum eius officium scriptorie litterarum predictarum personaliter non exercet^b aut non valet exercere, quidquam distribuatur aut aliquod ex eodem^c officio percipiat emolumentum, nisi causa infirmitatis aut alio legitimo existeret^d impedimento detentus, quo casu cum eo possit per vicecancellarium predictum per litteras eiusdem causam dispensationis continentes prius in ipsa Cancellaria publicandas ad tempus, de quo sibi videbitur, dispensari;

-
- ^a De non scribentibus *BL 2825 am rechten Rand; VL 6343* De scriptoribus
- ^b exercet *Paris 4172* exerceret
- ^c ex eodem *VL 3884* ab eorum
- ^d existeret *fehlt VL 3884*

(BA 7)¹ quodque de cetero nullus huiusmodi^a officium scriptorie predicte cum officio scriptorie^b Penitentiarie litterarum valeat retinere. Si quis hoc attemptare presumpserit, utroque privatus existat ipso facto. Illi quoque, qui huiusmodi abbreviatorie vel scriptorie apostolicarum cum officio scriptorie Penitentiarie litterarum^c insimul nunc obtinent, infra decimam diem proxime futuram huiusmodi officium Penitentiarie vel scriptorie litterarum^d dimittere teneantur, alioquin, si contrarium fecerint, penam incurrant proxime dictam.

¹ Vgl. dazu Io. Feys de Aretio per longa tempora skfam, abbrev (ein Amt, das dem des sk als accessorium genannt wird), sp et supplicationum apostolicarum datarius. Arbeitet Tag und Nacht und ist im persönlichen Dienst des Papstes. **Hodie** hat der Papst zum Nutzen von ki und Kurie nonnulla et inter cetera 1) daß kein Kanzleischreiber sein Amt zusammen mit dem des Pönitentiarieschreibers retinere possit. Wer es dennoch behält, utroque privatus existat ipso facto. 2) Daß keinem Kanzleischreiber, der per se ipsum personaliter officium scriptorie ipsarum litterarum non exercenti vel exercere non valenti etwas distribuiert werde (Ausnahme Krankheit oder sonstige iusta causa) und andere und mit Strafen bewehrt. Das will der Papst auch grundsätzlich durchhalten, nisi alias de nostra appareat intentione, aber Ausnahmen müssen sein und Verdienste belohnt werden. Darf beide Schreiberämter und das Abbreviatorenamt behalten und durch Kollegen versehen lassen. Motu proprio an die correctores [der pen], rescribendarios [nur in Exekutorie: distributores] et taxatores der beiden Schreiberämter, ihm trotzdem seinen Anteil zukommen zu lassen unter Derogation aller entgegenstehenden Gewohnheiten; Exekutorie an 1) VK, 2) GP bzw. ihre Stellvertreter, 3) GK, 1418-IX-1, RV 348 102v-104r (*Hinweis von B. Schwarz*).

^a nullus huiusmodi VL 3884 nullum

^b predicte - scriptorie VL 3884 et

^c VL 3884, Paris 4172 folgt predictarum

^d insimul - litterarum *fehlt* VL 3884

NOTA DE ABBREVIATORIBUS^a.

(BA 8) Sane cum deceat^b abbreviatores litterarum^c predictarum assistentes vicecancellario aut locumtenenti seu presidenti predictis in huiusmodi litterarum in Cancellaria predicta expeditione abbreviature litterarum ipsarum officio fore sufficientes et expertos ac etiam circumspectos, prudentes et probos,

DE EXAMINE FIDEMD[.] / ILLIS QUI DEBET PARTIUM?^d

similiter statuimus et ordinamus, quod nullus de cetero ad assistendum predicto vicecancellario seu locumtenenti vel presidenti in litterarum apostolicarum expeditione, nisi per dictam maiorem partem abbreviatorum eidem vicecancellario seu locumtenenti pro tunc assistentium et aliorum sufficientium abbreviatorum^e continuantium Cancellariam antedictam primitus examinatus fuerit et ad id repertus sufficiens et etiam approbatus, nullatenus admittatur

^a Nota - abbreviatoribus *RV 352; VL 6343* De assistentibus vicecancellario

^b cum deceat *VL 3884* tamen deceant

^c *VL 3884 folgt* apostolicarum

^d De examine fidem[.] / illis qui debet partium? *BL 2825 am rechten Rand*

^e eidem – abbreviatorum *fehlt Paris 4172, BR*

(BA 9) et quod prefati assistentes hora^a super hoc per vicecancellarium predictum deputanda^b singulis diebus, quibus ipsa Cancellaria tenebitur, ad eam venire et in ipsa, quousque tenta fuerit, residere debeant nec interim ab ipsa recedere possint cessante excusatione legitima, quam eidem vicecancellario aut eius^c locumtenenti seu presidenti, si presentes fuerint, vel in eorum absentia prefatis assistentibus exprimere debeant vel iurare se legitimam excusationem habere^d, nisi super hoc a vicecancellario vel locumtenenti licentiam habuerit^e specialem,

DE PENA NON VEN[IENTIUM] SOLVENDA^f.

quodque singuli assistentium predictorum, qui post tertiam partem hore predicte venerint, sex, et similiter, qui ante dictam Cancellariam finitam recesserint, sex alios, qui vero eadem die ad dictam Cancellariam^g non venerint, duodecim^h grossos Turonenses singulis diebus, quibus hec commiserintⁱ, capelle scriptorum predictorum pro pena contemptus statuti et ordinationis nostre huiusmodi infra tres dies tunc immediate sequentes solvere sint astricti, nec ob id appellantes, nisi prius satisfacto de principali et expensis, si que inde facte fuerint, ad huiusmodi appellationis prosecutionem quomodolibet admittantur. Similiter idem per alios abbreviatores sufficientes ad continuandum eandem Cancellariam per assistentes prefatos ex aliis abbreviatoribus eligendos nec non in officialibus dicte Cancellarie sub similibus penis volumus observari.

^a hora *VL 3884* horum

^b deputanda *VL 3884* deputati

^c eius *fehlt Paris 4172*

^d excusationem habere *VL 3884* causam habere excusationis

^e habuerit *Paris 4172* habuerint

^f De pena non ven[ientium] solvenda *BL 2825 am rechten Rand; VL 3884* Pena XII grossorum non venientium ad Cancellariam

^g finitam - Cancellariam *fehlt VL 3884*

^h duodecim *VL 3884* XII

ⁱ hec commiserint *VL 3884* hoc contrafacient(es)

NOTA DE CUSTODE^a.

BA 10. Statuimus insuper et etiam ordinamus, quod senescallus dicte Cancellarie, qui custos nuncupatur, iuramentum in manibus dicti vicecancellarii in sua primaria receptione

ad officium senescallie Cancellarie predicte nec non singulis annis de huiusmodi officio fideliter exercendo et alias iuxta formam iuramenti predicti per nos noviter appositam et in libro Cancellarie inscriptam prestare teneatur quodque ipse in quibuscumque litteris de gratia diem receptionis earundem, qua sibi in dicta Cancellaria presentabuntur, scribat et pro scriptura huiusmodi nihil recipiat etiam gratis oblatum litterasque predictas secundum ordinem receptionis earundem sine fraude in expeditione presentet expediendas nec litteras, rotulos aut supplicationes in^b expeditione litterarum traditas vel traditos ante vel post ipsarum litterarum^c expeditionem in dicta Cancellaria celabit vel occultabit^d aut malitiose retinebit seu earundem litterarum expeditionem differet aut retardabit per se vel alium seu alios contra ordinem supradictum, quod^e, si contrarium scienter fecerit, eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, a qua absolvi non possit nisi per Romanum pontificem preterquam in mortis articulo constitutus, quodque, si senescallus predictus contra huiusmodi suum iuramentum fraude vel dolo aliqua fecisse reperiatur, sit dicto officio eo ipso privatus. Et quia de talibus et similibus delictis^f, que secrete committuntur, potest cum difficultate constare, si sex de scriptoribus vel abbreviatoribus prefatis non suspecti^g ac bone fame et boni nominis ipsum senescallum huiusmodi suum officium illegaliter exercuisse deponant et de hoc etiam sit publice diffamatus, dicto suo officio sit eo ipso privatus et, nisi de eo per dictum vicecancellarium infra tres dies inde sequentes provisum fuerit, ex tunc possit de sufficienti abbreviatore litterarum predictarum, qui iuramentum^h similiter prestare et omniaⁱ predicta eidem senescallo incumbentia adimplere teneatur, provideri et insuper, quod nullus alius quam senescallus predictus aliquam litteram gratiam continentem expediendam in loco expeditionis ponat.

^a Nota - custode *RV 352; BL 2825 am linken Rand* De pena seneschalli Cancellarie; *VL 3884* De custode; *VL 6343* De senescallo

^b in *VL 3884* ante

^c expeditione - litterarum fehlt *VL 3884*

^d vel occultabit *fehlt VL 3884*

^e quod *VL 3884* quodque

^f delictis *VL 3884* officiis delictorum

^g suspecti *VL 3884* suspectis

^h iuramentum *VL 3884* iurabit

ⁱ *VL 3884 folgt* et singula

DE CONSTITUTIONIBUS DANDIS^a.

(BA 11) Similiter statuimus et etiam ordinamus, quod nulla constitutionum dicte Cancellarie cuiquam detur^b, ut de ea in iudicio vel alibi fidem faciat, nisi primitus per dictos assistentes fuerit iudicatum danda et postmodum per duos ex eis tunc presentes videatur et

signetur^c in dorso ac per duos ex abbreviatoribus in forma solita^d ascultetur^e cum libro predicto, qui se subscribant in eadem, et deinde per vicecancellarium subscribi debeat et suo signeto more solito signari et parti petenti dari, pro quaquidem constitutione ultra quattuor^f grosses Avinionenses, quorum sexdecim^g valent unum florenum auri de Camera, pro signo, sigillo et scriptura et alias per secretarium vel cubicularios^h dicti vicecancellarii et senescallum predictum vel alios quoscumque nullatenus recipiatur vel etiam exigatur.

^a De constitutionibus dandis *BL 2825 (am rechten Rand)*, *VL 6343*; *VL 3884* Grossus Avinionensis

^b detur *fehlt RV 352*, *VL 3884*, *Paris 4172*

^c signetur *VL 3884* assignetur

^d solita *Paris 4172* debita

^e ascultetur *VL 3884* ascultata fuerit

^f quattuor *VL 3884* IIII

^g sexdecim *VL 3884* XVI

^h cubicularios *Paris 4172* cubicularium

DE LITTERIS IUSTITIE^a.

(BA 12) Preterea, ut littere iustitiam concernentes absque partium damno ac brevis^b expediantur, statuimus et ordinamus, quod in Cancellaria litterarum iustitie, que, si ad hoc littere sufficient^c, ter singulis septimanis, prout antiquitus teneri consueverat, si ad id huiusmodi littere sufficient, singulis septimanis saltem semel teneri, ad quam notarii, qui sex esse debent, eorumque et alii in formandis notis de iustitia vel in iure sufficientes abbreviatores, quorum nomina sint in matricularia^d abbreviatorum dictarum litterarum inscripta^e, nec non prelati et alii doctores famosi ac practici in dicta curia presentes et primitus per eosdem prelatos et doctores solito prestito iuramento debeant convocari^f, prout hactenus extitit laudabiliter observatum, quodque in eadem Cancellaria littere executorie super sententiis in Romana curia latis, nisi stilus in causis in eadem curia servari solitus servatus fuerit, per ordinem, prout in litteris predictis iuxta stilum Cancellarie predictae narrari consuevit, aut in quibus^g expense facte in causis^h excessive contra constitutiones super hoc editas notorie taxate fuerint, donec de partium vel partis victricis consensu vel alias iuridice moderate fuerintⁱ, minime possint aut debeant expediri.

^a De litteris iustitie *VL 6343*

^b brevis *Paris 4172* brevius

^c littere sufficient *VL 3884* rem faciant

^d matricularia *VL 3884* matricula

^e inscripta *VL 3884* inserta

^f convocari *fehlt VL 3884*

^g quibus *Paris 4172* aliquibus

^h *VL 3884*, *Paris 4172* *folgt* ipsis

ⁱ donec - fuerint *fehlt VL 3884*

NOTA DE EXAMINATORIBUS^a.

(BA 13) Et insuper statuimus et ordinamus, quod examinatores in gratia speciali, antequam exercent huiusmodi examinationis officium, de illo fideliter exercendo in manibus dicti vicecancellarii prestent iuramentum ipsique postmodum huiusmodi officium diligenter per se ipsos exercent, impetrantes de litteratura, scientia et idoneitate et illos beneficia curam animarum aut iurisdictionem habentia petentes rigide examinent ac de vita et moribus informationem recipiant diligentem ac predictas sufficientiam et idoneitatem in scriptis sub signeto suo referant examinatores, pro quaquidem scriptura, signeto salarioque et labore eorum ultra unum grossum Turonensem et clericus scripturam faciens predictam ultra similis grossi quartam partem aliquid etiam gratis oblatum nullatenus recipere presumant, quod, si examinador vel clericus in contrarium attemptaverint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, a qua non possint absolvi, donec fuerit satisfactio facta.

^a Nota - examinatoribus RV 352; BL 2825 am rechten Rand Examinatores; VL 6343 De examinatoribus

NOTA DE BULLATORIBUS^a.

(BA 14) Similiter statuimus et ordinamus, quod bullatores dictarum litterarum apostolicarum pro ipsis litteris bullandis, sive gratiam sive iustitiam contineant, ultra illud, quod antiquitus et ante ultimum schisma videlicet tempore Gregorii pape XI predicti pro similibus recipiebant litteris, nihil recipere presumant nec de littera duplicata ultra quattuor^b et de littera correcta iterum bullanda nec non de littera super sumpto habito de registro ultra octo^c nec non de litteris^d alias bullatis et iterum non tamen propter^e defectum partium^f bullandis et in dicto registro corrigendis ultra unum Turon(ensem) grossos (!) recipere aut exigere presumant.

^a Nota - bullatoribus RV 352; VL 3884 Bullatores; VL 6343 De bullatoribus

^b quattuor VL 3884 IIII

^c octo VL 3884 VIII

^d VL 3884 folgt corrigendis

^e propter fehlt VL 3884

^f partium VL 3884 plurium

NOTA DE REGISTRATORIBUS^a.

(BA 15) Et idem volumus per dictarum litterarum registratores in predictis omnibus observari, quodque^b prefati registratores litteras registrandas causa aliquid exigendi vel extorquendi^c a prosequentibus ipsas plus debito differri^d faciant registrari vel eas de mala expeditione malitiose redarguant seu ad^e questum accusent aut in salariis clericorum in registro

predicto scribentium participant, quod, si contrarium fecerint, ipso facto excommunicationis sententiam incurrant, a qua mortis casu excepto per alium quam Romanum pontificem nequeant absolutionis beneficium obtinere, et insuper suo officio huiusmodi, si hoc^f per testes vel alias presumptive probari poterit, eo ipso sint privati et perpetuo inhabiles ad quodcumque officium exercendum^g in Romana curia existant

^a Nota - registratoribus *RV 352; BL 2825 am rechten Rand* Regtratores; *VL 6343* Deu registratoribus

^b quodque *VL 3884* quod si

^c extorquendi *VL 3884* prosequendi

^d differri *VL 3884* deferri

^e ad *fehlt VL 3884*

^f si hoc *VL 3884* similiter

^g officium exercendum *VL 3884* beneficium exequendum

NOTA DE CLERICO REGISTRI^a.

quodque clerici in dicto registro scribentes, qui litteras eis traditas infra tres dies ex tunc immediate sequentes, cessante impedimento legitimo, non registraraverint, a dicto registro penitus amoti existant nec ad ibi scribendum de cetero admittantur.

^a Nota - registri *RV 352; BL 2825 am rechten Rand* De clericis registri

NOTA DE AUDITORIBUS^a.

(BA 16) Et nihilominus, cum iustitiam^b in iudicio contradictorio pure deceat^c exerceri, statuimus et etiam ordinamus, quod nullus deinceps causarum Palatii apostolici in auditorem recipiatur, nisi doctor fuerit iuris famosus et post doctoratum in eo receptum per triennium adminus legerit in eodem sitque commendatus de vite ac morum honestate aliisque virtutibus ac ab omni munere sint munde manus eius et bonum habeat testimonium habeatque adminus sive in beneficiis sive in bonis temporalibus ducentos florenos auri de Camera annuatim in portatis, de quibus valeat in dicta curia residendo sustentari,

^a Nota - auditoribus *RV 352; BL 2825 am linken Rand* De auditore Palatii rubrica; *VL 3884* De auditoribus creandis

^b cum iustitiam *VL 3884* de iustitia

^c deceat *VL 3884* debeat

(BA 17) quodque, postquam fuerit concessum per papam aliquem in auditorem causarum dicti Palatii admitti, antequam ulterius ad ipsius admissionem procedatur, decanus auditorum predictorum de premissis facere teneatur inquisitionem diligentem et, quidquid per eam repererit, fideliter referat vicecancellario predicto, qui hoc similiter pape exponere

teneatur, quod^a, si aliquid^b de premissis^c defuerit, ad ipsius admissionem in auditorem ulterius minime procedatur, nisi aliud papa mandaret antedictus.

^a quod VL 3884 quodque

^b aliquid *fehlt* VL 3884

^c VL 3884 *folgt* aliquando

(BA 18) Si vero per informationem huiusmodi ipsum constiterit famosum doctorem aliaque premissa fore vera, idem vicecancellarius vocatis quattuor ex dictis auditoribus, si canonicista, decretalem, si vero legista fuerit^a, legem, quam^b infra unius mensis spatium a die sibi assignata computandum in dicti vicecancellarii aut eius locumtenentis presentia et ad hoc vocatis omnibus dicte sedis notariis et predictis auditoribus ac consistorialibus advocatis tunc in eadem curia presentibus invitatis ad id etiam prelati et aliis^c famosis et litteratis viris, qui tunc in eadem curia extiterint, repetere teneatur et singulos, qui arguere voluerint, idem repetens audire teneatur, quodque quattuor ultimi ex auditoribus et quattuor ultimi ex advocatis predictis tunc presentes arguere sint astricti,

^a fuerit *fehlt* VL 3884

^b quam VL 3884 quem

^c prelati - aliis *fehlt* VL 3884

(BA 19) quod^a, si idem repetens in huiusmodi repetitione taliter se habuerit, quod sit merito recommendatus, dictus vicecancellarius secundum relationem maioris partis notariorum et auditorum ac advocatorum^b predictorum ad eius admissionem in auditorem ulterius procedat. Si vero secundum relationem predictam repertus fuerit diminute scientie vel iudicii, relatione super hoc per dictum vicecancellarium pape facta ad huiusmodi admissionem repellatur.

^a quod VL 3884 quodque

^b ac advocatorum *fehlt* VL 3884

(BA 20) Et insuper, quod prefati auditores et eorum loca exercentes libros iuris ordinarios adminus continue secum habere teneantur processusque causarum agitarum coram eis personaliter videant et visitent ac testes in causis huiusmodi, si ponderis fuerint, maxime, si pars aliqua^a hoc requisiverit, examinent, in aliis vero per duos notarios faciant examinari diligenter, nec cuiuscumque notarii vel alterius relationi credant nec ad sententiarum prolationem in causis huiusmodi procedant, registris^b predictis per eos, ut premittitur, non visis et diligenter examinatis. Hec etiam volumus per quoscumque iudices et commissarios in

dicta curia presentes similiter perpetuo observari et nihilominus, quod, si quis ex auditoribus fuerit notatus de precipitatione iustitie, negligentia^c seu non promptitudine iurium propter non continuationem^d librorum aut alias et specialiter de corruptione et acceptione munerum seu vagus fuerit vel alias male versetur in dicta curia, per prefatum vicecancellarium vel eius vicegerentem caritative reddatur attentus, ut ab hiis se absteineat et emendet bonamque famam acquirat et in ea perseveret, quod, si se^e emendare neglexerit et per tres menses continuos post advisationem huiusmodi eadem nota vel infamia respersus fuerit, per dictum vicecancellarium aut eius vicegerentem^f commissiones sibi nullatenus committantur et, si per alios tres menses simili nota vel infamia notatus fuerit et notorie seque non^g emendaverit, tunc prefatus vicecancellarius aut vicegerens cum duobus auditoribus premissa pape referre teneatur, qui provideat, prout salubriter fuerit providendum.

^a aliqua VL 3884 aliquid petierit seu

^b sententiarum - registris fehlt VL 3884

^c negligentia VL 3884 negligentie

^d non continuationem VL 3884 incontinuarum tt. (!)

^e se fehlt VL 3884, Paris 4172

^f vicegerentem RV 352 vicesgerentem

^g per dictum - non VL 3884 et notario sicque ucio (!)

(BA 21) Verum si contingat inter easdem personas et super eadem re diversis auditoribus aliquam causam committi, is, cui primo fuerit presentata commissio super causa huiusmodi, remaneat eiusdem cause iudex, quod, si de iurisdictione alterius extiterit, pro parte adversa^a data exceptio, tunc cuius fuerit iurisdictionis primitus cognoscatur et, si ulterius procedatur, ante cognitionem huiusmodi non valeat processus et iudex teneatur parti ad restitutionem expensarum inde factarum suumque interesse. Notarius vero, qui visus est talem contentionem appetere propter lucrum scripture ac totius cause commodum, perdat teneaturque suis expensis parti dare, quod expendit in causa huiusmodi, quod, si iidem auditor et notarius contrarium fecerint, uterque ipsorum sententiam excommunicationis incurrat, a qua non possit absolvi, donec super hiis satisfecerint, ut preferitur. Et hoc etiam ad quoscumque iudices et commissarios ac eorum notarios in dicta curia presentes pro tempore duximus extendendum.

^a adversa VL 3884 adversarii

NOTA DE NOTARIIS^a.

BA 22. Preterea statuimus et etiam ordinamus^b, quod nullus ex notariis cuiusvis ex auditoribus predictis cum eo moram trahat, quod, si forsitan aliquis ex ipsis cum eo morari vo-

luerit, pro habitatione domus et expensis ultra^c, quod iustum et debitum fuerit, et rationabiliter solvendum non solvat et, si quacumque causa^d vera vel simulata respectu officii aliquid auditori dederit vel solverit, notarius dando et auditor recipiendo eo ipso^e sententiam excommunicationis incurrant, a qua nequeant nisi per papam absolvi, ac duplo, quod notarius ultra debitum solverit et auditor receperit, per eorum quemlibet in usus pauperum de mandato dicti vicecancellarii distributo,

^a Nota - notariis *RV 352; VL 6343* De notariis rote

^b statuimus et etiam ordinamus *München 3063* statuit

^c *VL 3884* folgt quam

^d causa *fehlt VL 3884*

^e eo ipso *fehlt VL 3884*

Cui ...tatis debet esse notarius et de alius officii notariorum Rote ... (*VL 3884*).

(BA 23) et quod nullus in notarium cuiuslibet auditorum predictorum, nisi vicesimum quintum^a sue etatis annum attingerit et alias notariatus officium exercuerit sitque boni nominis et bone fame ac sufficiens et idoneus^b ad dictum notariatus officium causarum dicti Palatii exercendum et post diligentem informationem super hiis habitam ac^c ipsius examinationem et de premissis constiterit, admittatur,

^a vicesimum quintum *Paris 4172 XXV*; quintum *fehlt VL 3884*

^b ac sufficiens et idoneus *fehlt VL 3884*

^c ac *VL 3884* ad

(BA 24) et quod notarii dictorum auditorum sua notariatus officia personaliter exercent et, si quis cessante causa necessaria a sui notariatus officii exercitio per mensem continue se^a abstinuerit^b, sit dicto officio eo ipso privatus et, si causa necessaria, propter quam ipsum oporteat dictum officium per substitutum exercere, de illo per substitutum^c exercendo a dicto vicecancellario petat licentiam, quam idem vicecancellarius, postquam de causa huiusmodi sibi constiterit^d, per suas litteras causam ipsam continentes concedere poterit ad tempus, de quo sibi videbitur faciendum;

^a se *fehlt VL 3884*

^b abstinuerit *Paris 4172* absentaverit

^c exercere - substitutum *fehlt VL 3884*

^d constiterit *fehlt VL 3884*

(BA 25) et insuper, quod notarii predicti in habitu decenti incedant ac honesto ac^a convenienti clerico seculari, tabernas non frequentent nec concubinarii existant, cum ex^b hoc

suam vilescant officium et malam famam acquirant, et, si contrarium fecerint, suis priventur officiis,

^a VL 3884 folgt in

^b ex fehlt VL 3884; Paris 4172 ad

(BA 26) quodque quilibet ipsorum, quamprimum presbiter^{a1} seu dignitatem vel personatum in cathedrali vel collegiata ecclesia aut parochialem ecclesiam pacifice assecutus fuerit, huiusmodi notariatus officium omnino dimittat et^b ad huiusmodi officii exercitium in dicta Audientia amplius non admittatur;

¹ Vgl. X 3.50.8.

^a presbiter *Baumgarten verbessert in Analogie des Ausdruckes in Absatz 37 in presbiteratu constitutus; BR presbiter factus; VL 3884 p(re)tium (!)*

^b huiusmodi notariatus - et fehlt VL 3884

(BA 27) et insuper, quod notarius, qui notatus aut diffamatus fuerit quod^a malitiose, negligenter vel per dolum aliud^b scripserit^c, q(ua)m^d in processu aut in iudicio deductum vel actum^e fuerit inter partes seu diffamatus, quod sit personarum, in quarum causis scribit, acceptor plus uni quam alteri favendo et ei cause secreta detegendo, eo ipso a suo notariatus officio^f suspendatur et per auditorem Camere, cui hoc per dictum vicecancellarium committatur, summarie, simpliciter et de plano de huiusmodi infamia^g et aliis premissis inquiretur diligenter et, si per inquisitionem huiusmodi culpabilis repertus fuerit aut si^h purgatio extiterit indicenda et debiteⁱ se non purgaverit^j, privetur^k quibuscumque officiis, que in dicta curia obtinebit^l et ab eadem curia perpetuo sit proscriptus nec non in quingentis florenis auri de Camera per ipsum elemosinario^m Romani pontificis realiter tradendis et in usus pauperum convertendis condemnetur.

DE ALIIS NOTARIISⁿ.

Et idem volumus de quibuscumque notariis quorumcumque cardinalium, iudicum et commissariorum in curia pro tempore deputatorum inviolabiliter observari.

^a quod fehlt RV 352, VL 3884, Paris 4172

^b aliud VL 3884 aliquod

^c scripserit fehlt RV 352, VL 3884, Paris 4172

^d q(ua)m VL 3884 unleserlich

^e deductum - actum VL 3884 productum

^f suo - officio VL 3884 sui - officii exercitio

^g infamia VL 3884 fama

^h si VL 3884 se

ⁱ debite VL 3884 debitis
^j purgaverit Paris 4172 expurgaverit
^k privetur VL 3884 privabitur
^l obtinebit VL 3884 obtinebat
^m elemosinario VL 3884 elemosinarium
ⁿ De aliis notariis VL 6343

SALARIA NOTARIORUM^a.

(BA 28). Et nihilominus, quod dicti notarii in exactione salariorum suorum taxationes pro suis processibus et scripturis in causa huiusmodi taxas super hoc ordinatas per dictum^b Iohannem XXII servare teneantur¹, quod, si ultra dictam taxam aliquid petierint aut receperint, super excessu huiusmodi ad vicecancellarium seu eius locumtenentem^c predictum super hoc habeatur recursus, qui vocatis in hoc peritis excessus predictos iuxta taxationes predictas ad debitum reducat moderamen et medietatem huius, quod excessive petierint, a notariis predictis exigant in usus pauperum convertendam,

¹ = Johannes XXII. Nr. 47.

^a Salaria notariorum VL 3884

^b VL 3884 folgt dominum

^c locumtenentem VL 3884 vicesgerentem

(BA 29) quodque pro citationibus compulsoriis et inhibitionibus, decretis in partibus, procuratoriis, instrumentis, remissionibus ad partes, examinationibus testium et quibuscumque aliis scripturis bis scriptis in processu nisi semel dumtaxat taxentur neque^a solvantur. Termini quoque superflui seu ultra debitum extensi et quecumque alie superflue scripture pro resecatis habeantur taxenturque clausule et^b dictiones proportionabiliter, prout rationabiliter poterant scribi in processu,

^a neque VL 3884 atque

^b clausule et VL 3884 tales

NOTA DE SENTENTIA^a.

quodque nullus notarius, qui de petia note registri sententie diffinitive duodecim^b grossos Turonenses receperit, de petia instrumenti super ea confecti, cum sit copia dicte note, nisi sicut de copia in publica forma redacta iuxta constitutiones dicti Iohannis XXII¹ recipiat et, si de petia huiusmodi instrumenti similes duodecim^c Turonenses receperit, de huiusmodi nota sententie sicut de copia recipere possit, quod, si contrarium attemperaverit, quod ultra

receperit, parti restituat et totidem pro capella^d predictorum auditorum vel cursorum infra octo dies tunc immediate sequentes realiter solvat, alioquin a sui officii executione per^e mensem sit suspensus, quod^f, si se illi ingesserit, gravius per vicecancellarium, prout sibi videbitur, puniatur.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 47.*

^a Nota - sententia *RV 352 (auf der Höhe von de huiusmodi nota sententie)*

^b duodecim *VL 3884 XII*

^c duodecim *VL 3884 XII*

^d pro capella *VL 3884 capelle*

^e per *VL 3884 ad*

^f quod *VL 3884 quodque*

NOTA DE ADVOCATIS^a.

(BA 30) Verum cum sicut iudicum sic^b et advocatorum requiratur consilium, maturitas et circumscriptio magna, statuimus et etiam ordinamus consimiliter advocatum nullatenus^c admittendum, nisi primitus servaverit^d, que in auditoribus servari statuuntur, quodque iidem advocati pro singulis per eos commissionibus de iustitia extra consistorium proponendis uno floreno de Camera sint contenti nec aliquid^e ultra petere sint ausi^f, quod^g, si contrarium fecerint, illud, quod ultra exigerunt^h, partibus restituere et totidem dare pauperibus teneantur

^a Nota - advocatis *RV 352; VL 3884, VL 6343 De advocatis*

^b sic *fehlt VL 3884*

^c nullatenus *VL 3884 non esse*

^d primitus servaverit *fehlt VL 3884*

^e aliquid *VL 3884 aliud*

^f sint ausi *VL 3884 possint*

^g quod *VL 3884 quodque*

^h exigerunt *RV 352, VL 3884 exigerint*

(BA 31) et quod, si quis advocatus in consistorio proponat aliqua, que de sui natura sint iniuriosa et in alterius diffamationem et notam cedant^a licet hoc in commissione sive supplicatione per ipsum proponenda scriptum fuerit, nisi pars principalis, cuius nomine proponitur, sit presens et dicat et asserat hoc facere proponi ad effectum accusandi vel partem denuntiatoris assumendi^b in forma iuris seu eius^c procurator ad hoc habens mandatum speciale, nisi sint substantialia cause, ipse actione iniuriarum teneatur ei, contra quem organum vocis sue prestiterit, et in decem^d florenis Camere apostolice^e condemnatus existat quodque, si quis advocatus in consistorio vel^f audientia procax^g, clamorosus, iniuriosus^h aut tumultuosus fuerit vel etiam temere vel immoderate se ingerat re-

plicationi aut defensioni causarum in consistorio sine requisitione et informatione partis, eo ipso sit ab eius officio suspensus per duos menses et quinque florenos Camereⁱ pro qualibet vice, qua hoc egerit^j, eidem Camere solvere sit astrictus;

^a cedant VL 3884 tendant

^b vel partem - assumendi *fehlt* VL 3884

^c seu eius VL 3884 sive

^d decem VL 3884 X

^e Camere VL 3884 auri de Camera apostolica

^f VL 3884 *folgt* in

^g procax *fehlt* VL 3884 (*Lücke von ca. 3 cm*)

^h iniuriosus *fehlt* VL 3884

ⁱ Camere VL 3884 auri de Camera

^j qua - egerit VL 3884 qui - exigerit

(BA 32) ceterum quod, si duo advocati unam causam defendant in consistorio, eorum alter dumtaxat replicet, habeant tamen prius consultationem ad invicem vel in ipso consistorio insimul se iniungant, ita quod, si^a proponens alias reallegans aliquid, quod faciat ad cause defensionem, omittat, alius submissa voce et sine tumultu hoc sibi^b dicat, ita quod^c in hiis et similibus iunior semper deferat antiquiori advocato, nisi ex causa aliter inter^d eos fuerit concordatum.

^a ita - si VL 3884 itaque

^b sibi *fehlt* VL 3884

^c ita quod VL 3884 itaque

^d inter VL 3884 in

NOTA DE PROCURATORIBUS^a.

BA 33. Preterea statuimus et etiam ordinamus, quod nullus ad publicum procurationis officium in eadem curia de cetero admittatur, nisi in eodem officio in dicta curia sit exercitatus et practicus aut in iure graduatus ac de diligentia, fidelitate et probitate^b commendatus et super hiis et aliis ad huiusmodi officii exercitium necessariis per vicecancellarium, uno vel duobus ex auditoribus et totidem ex advocatis predictis^c ad id vocatis et presentibus fuerit diligenter examinatus et repertus idoneus,

^a Nota - procuratoriis RV 352; BL 2825 (*am linken Rand*), VL 3884, VL 6343 De procuratoribus

^b fidelitate - probitate VL 3884 fidelitatis - probitatis

^c predictis *fehlt* Paris 4172

(BA 34) et quod nullus ex dictis procuratoribus sit iniuriosus verbo vel scriptura in causarum patrociniis nec causas, quas noverit^a iniustas seu iniquas vel alias desperatas, recipiat nec pro causarum defensione ad eas diutius malitiose protrahendas materias subiungat

admissibiles^b, quas non veras esse sciat aut credat vel probabiles per partem suam, quod presumi poterit, videlicet si pars, pro qua causa ducitur, debilem aut minus plenam informationem dederit aut miserit super ea, quod, si quis procuratorum predictorum in hoc culpabilis repertus fuerit, per cause auditorem vel iudicem, qui hoc noverit aut in altero premissorum eum deprehenderit, seu, si hoc neglexerit, per vicecancellarium vel eius locumtenentem, quando sibi de hoc constiterit, perpetuo vel ad tempus, prout casus exiget, a procuratoris officio in dicta curia suspendatur et alias secundum casus exigentiam per dictum vicecancellarium vel locumtenentem puniatur. Idem volumus, si procurator per corruptionem vel aliam malitiam in causis, quas defendendas susceperit et eas scienter vel per eius^c negligentiam perdiderit in lesionem iuris sue partis, observari, quo casu ad quecumque damna et expensas ultra predicta eidem parti restituenda teneatur. Similiter^d in procuratores, qui, postquam pro una parte causam duxerint, eam contra ipsam et pro eius adversa parte defendunt et ducunt,

^a noverit *Paris 4172* cognoverit

^b admissibiles *VL 3884* amissibiles

^c eius *fehlt VL 3884*

^d *VL 3884* folgt et

(BA 35) quodque, si quis ex procuratoribus predictis vel aliis post appellationem interpositam in dicta curia huiusmodi appellationis^a causam finxerit esse commissam, ut partem adversam decipiat et etiam^b ad dicendum contra huiusmodi fictam commissionem citari fecerit, in viginti^c flor(enorum) Camere puniatur in piis operibus per manum elemosinarii predicti convertendis, et quod huiusmodi procuratores, qui, ut lites diutius durare faciant, fictis appellationibus et commissionibus^d utuntur, nisi probaverint causas appellationum et commissionum huiusmodi veras esse, et ipsas relevantes^e et ad iuris sui declarationem iudicis vel vicecancellarii seu presidentis predictorum arbitrio puniantur et parti adverse, quam indebite vexaverint, de damno et interesse, que propterea incurrerint, teneantur^f;

^a interpositam - appellationis *fehlt VL 3884*

^b etiam *Paris 4172* eam

^c viginti *VL 3884 XX*

^d et commissionibus *fehlt VL 3884*

^e relevantes *VL 3884, Paris 4172* revelantes

^f teneantur *VL 3884* puniantur

(BA 36) verum cum dicti procuratores gravia gerant negotia, similiter in moribus graves, in gestu, habitu et conversatione honesti esse debent, quod prefati procuratores in habitu decenti et honesto ac statu seculari et convenienti incedant, tabernas non frequentantes

nec^a sint concubinari. Si quis autem contrarium fecerit, ab huiusmodi procurationis officio per auditores, iudices et commissarios prefatos repellatur et penitus excludatur et alias per dictum vicecancellarium vel eius locumtenentem animadversatione debita puniatur

^a frequentantes nec VL 3884 frequentent non

(BA 37) et nihilominus, quod de cetero nullus^a in sacerdotio constitutus aut dignitatem vel personatum cathedralis vel collegiate ecclesie pacifice obtinens ad huiusmodi procurationis officii exercitium quomodolibet admittatur nec in eo tolleretur et, si de hoc in causis per partem adversam data fuerit exceptio, ex tunc processus non valeat; eadem tamen pars adversa de sua in huiusmodi causa defensione confisa iterato de novo in^b ea in causam vocetur, nisi sit in dicta curia alius procurator, qui onus cause huiusmodi in se velit suscipere defendendum.

^a nullus *fehlt* VL 3884

^b in *fehlt* VL 3884

NOTA DE ADVOCATIIS ET PROCURATORIBUS^a.

(BA 38) Ceterum, cum advocati et procuratores predicti iuxta sui laboris meritum sint premiandi, statuimus et etiam ordinamus, quod in causis, in quibus simpliciter et de plano aut per Audientiam contradictarum sive in contumaciam partis adverse vel alias in causis levibus, in quibus non sit magna iurium discussio, advocati in prima viginti^b, in secunda^c duodecim^d et in tertia^e instantiis octo^f ac procuratores similiter in prima decem^g et in secunda^h septemⁱ ac in tertia^j instantiis huiusmodi quattuor^k florenis similibus sint contenti.

^a Nota - procuratoribus RV 352; VL 3884 De salario advocati et procuratoris; VL 6343 De salariis advocatorum et procuratorum

^b viginti VL 3884, Paris 4172 XX

^c secunda VL 3884 2^a

^d duodecim VL 3884, Paris 4172 XII

^e tertia VL 3884 3^a

^f octo VL 3884 VIII

^g decem VL 3884 X

^h secunda VL 3884 2^a

ⁱ septem VL 3884 VII

^j tertia VL 3884 3^a

^k quattuor VL 3884 IIII

NOTA DE GROSSIS^a.

(BA 39) Preterea volumus et etiam ordinamus decem^b grossos Turonenses circa taxam litterarum apostolicarum et Penitentie predictarum ac minutarum earundem litterarum

apostolicarum nec non in bulla et^c registris apostolicis ac dicte Penitentie nec non salarii notariorum et aliorum quorumlibet pro uno dumtaxat floreno^d de Camera computari.

^a Nota - grossis RV 352; VL 3884 Decem grossi Turonensium faciunt unum florenum

^b decem VL 3884 X

^c VL 3884 folgt in

^d pro uno dumtaxat floreno VL 3884 unum dumtaxat florenum

(BA 40) Verum, ut huiusmodi nostre constitutiones et ordinationes ad omnium perveniant notitiam, eas in Audientia predicta singulis annis in kalendis octobris publicari nec non in libris Cancellarie predicte inscribi et registrari volumus per presentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, ordinationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum^a. Datum Gebennis¹, kalendis septembris^b pontificatus nostri anno primo^{c2}.

Io. Simonis³.

A predictis constitutionibus et ordinationibus et penis contentis in eis, quatinus concernunt scriptores litterarum apostolicarum et Penitentie, honorabilem virum dominum Iohannem de Feis⁴ datarium suum totaliter eximit certis ex causis et nullatenus ipsas ad eum vult extendi. Item voluit et mandavit facere scribi hic per me Iohannem⁵ patriarcham Constantinopolitanum. Et collationata per me Petrum⁶ de Trilhia^{d6}.

¹ Genf, Schweiz.

² 1418 September 1.

³ Jo. Simonis.

⁴ Johannes de Feys.

⁵ Johannes de Rupescissa.

⁶ Petrus de Trilhia.

^a omnino - incursum fehlt Paris 4172

^b septembris VL 3884 decembris

^c primo VL 6343, Paris 4172 secundo

^d Io. Simonis – Trilhia fehlt VL 3884, Paris 4172; Et coll. - Trilhia RV 352 auf dem rechten Rand

Arm. 82, fol. 184r-185r; **RV 347 Rubr.**, fol. 5v; **RV 347**, fol. 18r-19r; **RV 358**, fol. 19r-19v; **BL 2825**, fol. 134v-135v; **BL 2850**, fol. 124v-125v; **VL 6343**, fol. 125v-126r (nicht kollationiert); **Paris 4172**, fol. 163-164v; **Teildruck**: BAUMGARTEN, Aus Kanzlei und Kammer S. 335f. Nr. 58 (nach RV 347); **Regest**: TANGL, KO S. 145 Nr. 28; HOFMANN, Forschungen 2 S. 7f. Nr. 25.

ME 54A. ALIUD PRIVILEGIUM SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM^a.

Martinus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Meditatio nostri cordis assidua inter cetera ad hoc vigilat, ut, que ex calamitate schismatis in universali ecclesia tunc vigentis presertim in

apostolice sedis officiis hactenus fuerunt deformata, pacis et unionis tempore per nostre provisionis ministerium reformare ac in statum pristinum reducere studeamus. Sane cum dudum etiam auctoritate apostolica centum et unius dumtaxat scriptorum litterarum apostolicarum numerus fuerit institutus, tamen divina favente clementia schismate prefato in eadem ecclesia sedato et obedientiis contendentium de papatu nec non officiis hinc inde congregatis numerus ipse excessive ultra debitum sit adauctus, nos, qui officium scriptorie dictarum litterarum eo ferventius debite reformari et ad numerum pristinum reduci supremis desideriis affectamus, quo^b dilectos filios scriptores litterarum huiusmodi nostris et apostolice sedis obsequiis iugiter insistentes uberiori complectimur caritate, super hiis opportune providere cupientes motu proprio non ad alicuius nobis^c super hoc oblate petitionis instantiam omnia et singula loca et officia quorumcumque scriptorum litterarum earundem ad presens vacantia, de quibus hactenus per nos dispositum non fuerit et que deinceps per obitum aut liberam seu liberas resignationem seu resignationes cuiuscumque seu quorumcumque scriptoris seu scriptorum litterarum earundem aut alias quibusvis^d modis vacare contigerit, **quousque ad dictum numerum deventum fuerit^e**, auctoritate apostolica tenore presentium ex nunc prout ex tunc supprimimus, extinguimus ac pro talibus haberi volumus et censemus omnesque^f singulos, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, quacumque auctoritate etiam apostolica in ipso officio vel ad illud seu quevis eius loca aut in eis se quomodolibet titulum sive ius habere pretendentes et hactenus in presenti pitaphio scriptorum predictorum actualiter non admissos eadem auctoritate decernimus de cetero ad ipsum officium fore nullatenus admittendos vel recipiendos aut per aliquem recipi vel admitti debere quomodolibet in futurum nec non concessionem quascumque super admissione ad officium huiusmodi quibusvis personis per nos sub quacumque forma vel tenore verborum hactenus factas ac litteras desuper confectas et omnia inde secuta motu simili cassamus et irritamus et nullius existere volumus roboris vel momenti. Supplicationes quoque super huiusmodi concessionibus per nos signatas^g et litteras predictas de registris tam supplicationum quam litterarum apostolicarum per illos, qui huiusmodi registra tenent, ad cuiuscumque petentis instantiam cassari volumus et iubemus ac lites et causas quascumque super titulo dicti officii seu admmissione ad illud vel illorum occasione inter quoscumque in Romana curia pendentes penitus extinguimus per presentes, dantes insuper et etiam concedentes venerabili fratri nostro Iohanni^{h1} episcopo Ostiensi aut pro tempore existenti sancte Romane ecclesie vicecancellario vel eius locum-

¹ *Johannes de Broniaco.*

tenenti recipiendi quascumque resignationes officiorum scriptorum litterarum predictarumⁱ similiter usque ad reductionem centum et unius scriptorum numeri supradicti eaque supprimendi eadem auctoritate plenam et liberam potestatem, decernentes quoque irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter **contigerit** attemptari. Per admissionem autem dilectorum filiorum Iacobi Bailini², Iohannis de Vado³, Francisci de Vellate⁴, Michaelis Paquanti⁵ et Bertoldi de Gelria⁶ ac **duorum** aliorum per nos nominandorum et admittendorum ad prefatum officium, cum illud per alicuius ex prefatis scriptoribus liberam resignationem vel alio quovis modo vacare **contigerit**, ac unius alterius, qui forsitan in locum dilecti filii magistri Iohannis de Feys⁷ dictarum litterarum scriptoris et datarii nostri **contigerit** in posterum surrogari, non intendimus privilegiis de centum tantum scriptorum numero loquentibus per nos eisdem scriptoribus concessis in aliquo derogari vel eis preiudicium quomodolibet generari, sed illa remansisse et remanere debere in eorum pristino robore^k integro pariter et illeso. Nulli ergo etc. nostre suppressionis, extinctionis, cassationis, irritationis, mandati, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florentie⁸, duodecimo^l kalendas ianuarii^m pontificatus nostriⁿ anno tertio⁹. Antonius. De curia. De Ponte^{o10}.

² *Jacobus Baillini.*

³ *Johannes de Vado.*

⁴ *Franciscus de Vellate.*

⁵ *Michael Paquanti.*

⁶ *Bertoldus de Gelria.*

⁷ *Johannes de Feys.*

⁸ *Florenz, Toskana, Italien.*

⁹ *1419 Dezember 21.*

¹⁰ *Antonius de Ponte.*

^a Aliud - apostolicarum *Paris 4172*; *VL 6343* Aliud privilegium scriptorum litterarum; *RV 347* Privilegium in favorem officii scriptorie

^b quo *RV 347* qua

^c nobis *fehlt RV 347*

^d quibusvis *RV 347* quovis

^e quousque ad dictum numerum deventum fuerit *fehlt RV 347, RV 358*

^f omnesque *RV 347* omnes et

^g signatas *Paris 4172* signatis

^h Iohanni *fehlt RV 347*

ⁱ predictarum *Paris 4172* predictorum

^j Paquanti *RV 347* Pasquanti

^k robore *fehlt Paris 4172*

^l duodecimo *RV 347, Paris 4172 XII*

^m ianuarii *RV 347* februarii

ⁿ pontificatus nostri *fehlt RV 347, RV 358*

^o Antonius - Ponte *fehlt RV 347, RV 358*

Forschungen S. 9 Nr. 32.; **Regest:** TANGL, KO S. 162 Nr. 27. **Jetzt nach RL/Paris verbessert; Änderungen z.T. gelb markiert.**

ME 55. ALIUD PRIVILEGIUM SCRIPTORUM LITTERARUM APOSTOLICARUM^a.

Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram rei memoriam. Exemplo prudentis patrisfamilias, qui regimini domus sue diligenter invigilans preterita recenset, presentia ordinat et providet futura, instruimur, ut, qui disponente Altissimo paternam familie domus sue curam licet meritis insufficientibus gerimus, pro eius dispositione salubri, quantum nobis ex alto permittitur, advigilemus sedulo in eo potissime, ut familiarium et officiariorum nostrorum compositio votiva perveniat et succisis, quas exacti malitia temporis ad deformationem intulit, exorbitantiis congrua per presentiarum nostre providentie auspiciis reformatio directioque in officiis eorundem auctore Domino feliciter subsequatur. Sane licet olim centum et unius scriptorum litterarum apostolicarum numerus per apostolicam providentiam institutus ac longissimis in antea temporibus observatus fuisset, postmodum tamen exorto peccatis exigentibus in Dei ecclesia schismate iam divina favente clementia sedato, cum interim ecclesia ipsa sub diversis capitibus in diversas divisa obedientias diutius permansisset ac demum depulsa feliciter schismatis huiusmodi caligine omnes obedientie seu partes huiusmodi sic dissides (!) in unum cooperante spiritu sancto reintegrate fuissent exindeque numerus ipse nimium suppresset adauctus. Nos, qui primum post extirpationem dicti schismatis ad reintegrate ecclesie huiusmodi regimen assumpti fuimus, conspicientes numerum ipsum nimium adauctum fuisse ac cupientes illum per opportune reformationis ministerium reducere ad antiquum motu proprio non ad alicuius petitionis instantiam omnia et singula loca et officia quorumcumque scriptorum litterarum earundem tunc vacantia, de quibus eatenus per nos dispositum non fuerat et que deinceps per obitum seu liberam aut liberam resignationem vel resignationes cuiuscumque seu quorumcumque scriptoris vel scriptorum litterarum earundem aut alias quibusvis modis vacare contingeret, auctoritate apostolica per alias nostras litteras ex tunc suppressimus, extinximus ac pro talibus haberi volumus et censuimus omnesque et singulos, cuiuscumque status, gradus vel conditionis forent, quacumque auctoritate etiam apostolica in ipso officio vel ad illud seu ad quevis eius loca aut in hiis se^c quomodolibet titulum sive ius habere pretendentes eatenus in pitaphio scriptorum predictorum, quod tunc erat, actualiter non admissos eadem auctoritate decrevimus deinceps ad ipsum officium nullatenus fore admittendos vel recipiendos aut per aliquem recipi vel admitti debere quomodolibet in futurum nec non concessionem quascumque super admissione ad officium huiusmodi quibus-

vis personis per nos sub quacumque forma vel tenore verborum eatenus factas ac litteras desuper confectas et omnia inde secuta cassavimus et irritavimus ac nullius existere volumus roboris vel momenti. Supplicationes quoque super huiusmodi concessionibus per nos signatas et litteras predictas de registris tam supplicationum quam litterarum apostolicarum per illos, qui huiusmodi registra tenebant, ad cuiuscumque petentis instantiam cassari volumus et iussimus ac lites et causas quascumque super titulo dicti officii seu admissione ad illud vel illorum occasione in Romana curia pendentes penitus extinximus, dantes insuper et etiam concedentes venerabili fratri nostro Iohanni¹ episcopo Ostiensi aut pro tempore existenti sancte Romane ecclesie vicecancellario vel eius locumtenenti recipiendi quascumque resignationes officiorum scriptorum litterarum predictarum similiter usque ad reductionem centum et unius scriptorum numeri supradicti eaque supprimendi eadem auctoritate plenam et liberam potestatem, decernentes quoque irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, et deinde, cum a nonnullis revocaretur in dubium, an loca familiarium nostrorum continuorum commensalium officia huiusmodi obtinentium sub extinctione et suppressione prefatis inclusa existerent, nos ad huiusmodi ambiguitatis tolendum dubium loca huiusmodi dictorum familiarium **nostrorum^d** continuorum commensalium sub extinctione et suppressione predictis minime existere comprehensa duximus declarandum. Ad reformationem itaque et reductionem excessum numeri huiusmodi efficaciter et perseveranter intendere volentes prefatasque litteras, etiamsi eis et per nos occasione declarationis huiusmodi vel **alias** quibusvis occasionibus vel causis, quas presentibus volumus haberi pro expressis, hactenus quomodolibet **detractum^e** vel derogatum censi posset, iuxta omnem eorum continentiam atque formam, salva tamen declaratione predicta, robore et vigore pristinis subsistere volentes et censentes easque ac omnia inde secuta rata habentes et etiam approbantes similiter motu proprio non ad alicuius vel aliquorum instantiam litteras ipsas sive datum per eas prefatis scriptoribus privilegium cum modificatione tamen declarationis antedictae nequaquam per declarationem premissam vel alias voluisse sive intendisse ledere in aliquo tenore presentium declaramus, sed illud potius volumus atque volumus iugiter servare penitus illibatum, decernentes nihilominus privilegium ipsum perpetua firmitate subsistere, ita quod in quibusvis locis quorumcumque dictarum litterarum scriptorum preterquam dumtaxat verorum familiarium nostrorum continuorum commensalium nulli, cuiuscumque conditionis existant, sub quocumque velamine vel titulo, etiamsi

¹ *Johannes de Broniaco.*

forsan se meticolose renuntiasset aut dicto officio spoliatos seu alias, quodcumque ius ad illud habere vel habuisse pretenderent, in antea recipi valeant vel admitti, quin potius omnia et singula huiusmodi loca et officia scriptorum eorundem non familiarium nostrorum, ut prefertur, existentium quibusvis modis et ex quorumcumque personis vacantia, ad que presentialiter alii admissi et in pitaphio dictorum scriptorum descripti non sunt, ex nunc penitus et omnino supprimimus ac illa et quascumque eorum occasione inter quosvis pendentes lites, etiamsi in eis conclusum sit, coram quocumque iudice vel commissario, quorum omnium status presentibus haberi volumus pro expressis, ad nos advocantes penitus extinguimus, statuentes in perpetuum et etiam ordinantes, quod ad loca vel officia ipsa sic extincta aut eorum aliquem vel aliquod nullus, cuiuscumque dignitatis, status vel conditionis existat, auctoritate vel titulo sive occasione quibuscumque recipi vel illa quoquo modo sibi vindicare valeat, ac decernentes nihilominus omnes processus, si quos in contrarium fieri, ac pari modo sententias, si quas inde **ferri contigerit**, nullos prorsus et invalidos existere, irritum quoque et inane fore, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre ratificationis, approbationis, suppressionis, voluntatis, advocacionis, extinctionis, statuti, ordinationis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos, **secundo**^f kalendas februarii pontificatus nostri^g anno^h octavo². Ia(cobus). Gratis pro officio. de Cerretanisⁱ³.

² 1425 Januar 31.

³ Jacobus de Cerretanis.

^a Aliud - apostolicarum VL 6343, Paris 4172

^b episcopus - Dei RL 250 etc., am Kopf rechts. Ia., links P. de Montella

^c se **Paris 4172** que

^d nostrorum *fehlt Paris 4172*

^e detractum Paris 4172 decretum

^f secundo Paris 4172 pridie

^g pontificatus nostri *fehlt RL 250*

^h anno *fehlt Paris 4172*

ⁱ Iacobus - Cerretanis *fehlt Paris 4172*

Berlin 661, fol. 89r-96r; **Arm. 82**, fol. 194v-204v; **Reg. Vat. \$\$\$** (nicht in RV 355); **Reg. Lat. \$\$\$** (nicht in RL 250); **BL 2825**, fol. 141r-147r; **BL 2850**, fol. 130v-137r; **PL 647**, fol. 86r-99r; **Ross. 1035**, fol. 1r-6v; **VL 2665**, fol. 123r-130r; **VL 3884**, fol. 64v-72r; **VL 3983**, fol. 118r-125v; **VL 4990**, fol. 10v-14v; **VL 6343**, fol. 131r-137v; **Eichstätt 484**, fol. \$\$\$; **Firenze 103**, fol. 14v-19v; **Paris 4172**, fol. 174v-184v; **Trier 954**, fol. 116r-119v; **Wien 5474**, fol. 130r-136v (nicht kollationiert); **Teildruck**: BR 4 S. 708-714 Nr. 13; **Druck**: TANGL, KO, S. 146-160 Nr. 29 (nach BL 2825); **vgl. OTTENTHAL, Die Bullenregister Martin V. und Eugen IV., MIÖG Ergänzungsband 1, S. 558 Anm. 3; Regest: HOFMANN, Forschungen 2 S. 8 Nr. 28.**

Die Konstitution vom 4. Februar 1423, auf welche in der Einleitung unserer Bulle Bezug genommen wird, ist uns nicht erhalten. Wahrscheinlich unterblieb ihre Eintragung ins Kanzleibuch überhaupt, und man schritt vielmehr an eine teilweise Umarbeitung, die bereits drei Wochen später am 1. März 1423 publiziert und danach im Kanzleibuch verewigt wurde. Möglicherweise wurde auch die bereits erfolgte Eintragung gründlich getilgt.

Bei STUDDT, Martin V. S. 383 ohne weitere Erklärung auf den 31. März 1423 datiert.

Nove reformationes facte super officialibus curie Romane tempore Martini V anno

VI^a

TA 0. Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad perpetuam rei memoriam^c. Romani pontificis providentia circumspecta nonnumquam gesta per eam^d rationabilibus^e et honestis suadentibus causis moderatur et commutat in melius, prout in Domino^f conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem videlicet II^g nonas februarii pontificatus nostri anno sexto¹ quedam constitutiones et ordinationes, que reformationem officialium Romane curie concernere videbantur, in Audientia litterarum contradictarum lecte fuerunt et etiam publicate et, quia nonnulla nimium^h rigorosa continebantur in illis, que in ipsorum officialium nimis grave dispendium et preiudicium redundabant, eas per nostre provisionis officium habitaque super his deliberatione maturaⁱ in melius duximus commutandas. **(TA 1)** Illas igitur constitutiones et ordinationes, ut premittitur, publicatas auctoritate presentium perinde haberi volentes, ac si in eadem Audientia lecte et publicate minime extitissent et a nobis nullatenus emanassent. Infrascriptas constitutiones et ordinationes nostras in eadem Audientia legi et publicari volumus et iubemus easque precipimus ab omnibus inviolabiliter observari. Et licet felicis recordationis Iohannes XXII², Benedictus XII³ et Gregorius XI⁴ Romani pontifices predecessores nostri nonnullas constitutiones et ordinationes circa regimen et gubernationem officialium et officiariorum eiusdem curie laudabiliter ediderint, quia tamen ille mundi crescente malitia aut debite non servantur^j aut additionibus utilibus indigere noscuntur, nos super hiis intendentes, prout ex debito pastoralis officii obligamur, salubriter providere, constitutiones et ordinationes predictorum predecessorum auctoritate apostolica tenore presentium innovantes eas cum additionibus infrascriptis, quas vim perpetue constitutionis habere^k decernimus, precipimus firmiter^l observari, mandantes ex

¹ 1423 Februar 4.

² = Johannes XXII. Nr. 47 und 54f.

³ = Benedikt XII. Nr. 44.

⁴ = Gregor XI. Nr. 86.

nunc venerabili fratri nostro Iohanni^{m5} episcopo Ostiensi sancte Romane ecclesie vicecancellarioⁿ, in Cancellaria apostolica^o presidenti eorumque^p successoribus, quatenus illas faciat diligentius observari, **(TA 2)** que, ut attentius observentur, statuimus^q, quod singuli sedis apostolice notarii et tam predicte^r quam Palatii apostolici causarum audientiarum auditores, corrector, scriptores, abbreviatores litterarum apostolicarum, advocati, procuratores et notarii causarum dicti Palatii^s nec non senescallus, qui custos est dicte Cancellarie, constitutiones et ordinationes et additiones^t predictas infra mensem a die publicationis presentium computandum^u secum habere et de hoc infra alium mensem immediate sequentem dictum vicecancellarium certificare et alia circa^v premissa facere et observare teneatur, prout in constitutionibus dictorum predecessorum ac presentibus plenius continentur.

⁵ *Johannes de Broniaco.*

^a Nove - VI VL 6343, Paris 4172; VL 3884 Reformatio curie et officialium eiusdem edita Rome per dominum nostrum Martinum papam V anno eius VI de mense martii

^b Martinus - Dei *fehlt* BL 2825, VL 6343, Paris 4172

^c Martinus - memoriam *fehlt* VL 3884

^d eam VL 3884 eum

^e rationabilibus VL 3884 rationalibus

^f in Domino *fehlt* VL 3884

^g II *fehlt* VL 3884

^h nimium *fehlt* VL 3884

ⁱ habitaque super his deliberatione matura *fehlt* VL 3884

^j servantur VL 3884, Paris 4172 observantur

^k VL 3884 *folgt* volumus et

^l firmiter *fehlt* VL 6343

^m Iohanni *fehlt* VL 6343

ⁿ VL 3884 *folgt* et

^o apostolica *fehlt* VL 3884

^p eorumque VL 3884 eiusque

^q statuimus VL 3884 statuimusque

^r predicte VL 3884 predictis

^s apostolici causarum - Palatii VL 3884 causarum

^t et ordinationes - additiones *fehlt* VL 3884

^u presentium computandum *fehlt* VL 3884

^v circa VL 3884 etiam

TA 3. DE CANCELLARIA APOSTOLICA ET LITTERIS APOSTOLICIS IN IPSA EXPEDIENDIS^a.

Statuimus igitur^b et etiam ordinamus, quod omnes et singule littere^c in Cancellaria apostolica expediende, presertim ille, que gravis materie fuerint, coram omnibus ad hoc deputatis intelligibiliter legantur unusque supplicationem teneat, alter legat litteram expediendam vicecancellario aut presidenti Cancellarie et deputatis ipsis audientibus, qui ad hoc sint attentis, et sic litteris expeditis cum signo abbreviatoris vicecancellarius vel eius locumtenens etiam aliquod signum ponat in signum expeditionis earum, aliter nulla littera

transmittatur ad bullam. **(TA 4)** Idem^d etiam de litteris iustitie per illos, ad quos earum expeditio pertinet, precipimus observari.

^a De - expediendis VL 6343, Paris 4172; BL 2825 De cancellaria; VL 3884 De cancellaria rubrica

^b igitur fehlt VL 3884

^c littere fehlt VL 3884

^d Idem VL 3884 Item

III GROSSOS SOLVERE DEBET NON VENIENS AD CANCELLARIAM^a.

(TA 5¹) Sane, cum deceat^b, abbreviatores litterarum apostolicarum assistentes^c vicecancellario et locumtenenti^d ac presidenti predictis in earum^e expeditione et abbreviature officio prudentes et probos fore peritos pariter et expertos, similiter statuimus et etiam ordinamus, quod nullus de cetero ad assistendum vicecancellario seu^f locumtenenti et presidenti predictis^g in ipsarum litterarum expeditione, nisi per maiorem partem abbreviatorum dicto vicecancellario tunc^h assistentium primitus examinatus fuerit et ad id repertus sufficiens, in stilo peritus, expertus et idoneus, admittatur, quodque prefati assistentes hora super hoc per vicecancellarium predictum deputanda singulis diebus, quibus Cancellaria tenebitur, ad eam venire et in ipsa Cancellaria, quousque tenebitur, residereⁱ debeant nec interim ab ea recedere possint, nisi forsan legitime fuerint impediti vel super hoc specialem licentiam habuerint a vicecancellario aut locumtenente vel presidente predicto. Qui vero ea non obtenta et cessante excusatione^j legitima eisdem diebus ad Cancellariam non venerint, quattuor grossos singulis^k diebus, quibus venire neglexerint, pro pena contempti statuti huiusmodi infra tres dies tunc immediate sequentes solvere teneantur. Et hoc idem per alios abbreviatores sufficientes ad continuandum Cancellariam eandem per assistentes prefatos ex^l aliis abbreviatoribus eligendis nec non officiales dicte Cancellarie sub simili pena volumus observari. **(TA 6²)** Statuimus insuper et etiam ordinamus, quod senescallus predictus iuramentum in manibus eiusdem vicecancellarii in sua primeva receptione ad officium senescallie seu custodie Cancellarie^m predictae et deinde singulis annis de huiusmodi officio fideliter exercendo et alias iuxta formam iuramenti predicti per nos noviter editam et in libro Cancellarie descriptamⁿ prestare teneatur quodque ipse in quibuscumque litteris de gratia diem receptionis earum, qua sibi in Cancellaria ipsa presentabuntur, inscribat et pro scriptura huiusmodi nihil recipiat etiam sponte oblatum litterasque predictas secundum ordinem scriptionis earum sine fraude in expeditione presentet nec litteras, rotulos aut supplicationes in ipsarum litterarum expeditione sibi traditas seu traditos ante vel

¹ Teilweise wörtlich gleichlautend mit TANGL, KO S. 135-137 Nr. XXVI. 8-11.

post dictarum litterarum expeditionem^o in prefata Cancellaria celabit vel malitiose retinebit seu earundem litterarum expeditionem differet aut retardabit per se vel alios quovis modo contra^p ordinem supradictum^q, quod, si contrarium scienter fecerit, eo ipso incurrat penam ab eius officio suspensionis ad tempus arbitrio dicti vicecancellarii moderand(am) et, si senescallus predictus contra huiusmodi suum iuramentum fraude vel dolo aliqua fecisse^r diceretur, quia de talibus et similibus delictis, que secrete committuntur, non potest sine difficultate constare, si quinque ex scriptoribus vel abbreviatoribus predictis non suspecti et bone fame et boni nominis ipsum senescallum huiusmodi suum officium illegaliter^s vel alias, ut prefertur, excrevisse^t deponant, et ad hoc vocato suo privetur officio et de alio^u provideatur idoneo, qui^v simile prestet iuramentum. Et insuper, quod nullus alius quam ipse senescallus aliquam litteram gratiam continentem expediendam in loco expeditionis ponat, nisi hoc forsitan de mandato nostro aut vicecancellarii seu presidentis eiusdem licentia aut speciali commissione procederet, et quicumque posuerit, sit per annum ab officio suo suspensus et, si durante suspensione huiusmodi officio se immiscuerit, illo privatus existat. (TA 7³) Preterea statuimus et etiam ordinamus, quod nulla ex constitutionibus dicte Cancellarie cuiquam^w detur, ut de ea in iudicio vel alibi fidem faciat, nisi prius per assistentes eosdem dandam esse fuerit iudicatum, et tunc per duos ex eis^x videatur et signetur in dorso ac per duos ex abbreviatoribus^y in forma solita auscultetur cum libro predicto, qui se subscribant in eadem, et deinde signeto eiusdem vicecancellarii more solito signetur et parti petenti tradatur.

² Teilweise wörtlich gleichlautend mit TANGL, KO S. 135-137 Nr. XXVI. 8-11.

³ Teilweise wörtlich gleichlautend mit TANGL, KO S. 135-137 Nr. XXVI. 8-11.

^a IIII - Cancellariam VL 3884

^b cum deceat VL 3884 tamen doceat

^c assistentes VL 3884 assistentium

^d et locumtenenti fehlt VL 3884

^e earum VL 6343 eorum

^f VL 3884 folgt vices eius

^g predictis fehlt VL 3884

^h tunc fehlt VL 3884, VL 6343

ⁱ ad eam - residere VL 3884 expeditioni expedire insistere

^j excusatione VL 3884 causa

^k singulis fehlt VL 6343

^l ex VL 3884 et

^m seu custodie Cancellarie fehlt VL 3884

ⁿ descriptam fehlt VL 6343

^o sibi traditas - expeditionem fehlt VL 3884

^p contra VL 3884 iuxta

^q ordinem supradictum VL 3884 ordinationem predictam

^r fecisse fehlt VL 3884

^s illegaliter VL 3884 legaliter

^t excrevisse VL 3884 exercuisse

^u alio VL 3884 illo

^v qui VL 3884 cui

^w cuiquam VL 3884 antequam

^x eis Paris 4172 eisdem

^y ex eis - abbreviatoribus VL 3884 abbreviatores

V GROSS(OS) PRO ... CONSTITUTIONE^a.

Pro qua quidem constitutione ultra^b quinque grossos, quorum XVI^c valeant unum florenum auri de Camera, pro signo, sigillo, scriptura et alias per secretarium vel cubicularios dicti vicecancellarii aut locumtenentis et senescallum prefatum nullatenus recipiatur vel exigatur. Prohibemus autem regulas dicte Cancellarie, que solum concernunt modum expeditionis litterarum, cuiquam dicto modo concedi. **(TA 8)** Ceterum, quia^d constitutiones nostre et dictorum predecessorum per nos innovate sunt in dicta Cancellaria descripte, ut in^e dicta Cancellaria per manus ipsius vicecancellarii securius et certius de illis fides adhibeatur et indigentibus transsumptum in forma publica per manus dicti vicecancellarii^f concedatur, cum nonnulli notarii sub instrumentis suis illarum tradant copiam petentibus, in quibus possent esse faciliter fraudes et pericula, statuimus, quod nulli transsumpto dictarum constitutionum fides adhibeatur in iudicio vel alibi, nisi per manus prefati vicecancellarii, ut premittitur, fuerit expeditum. **(TA 9)** Preterea, ut littere iustitiam concernentes absque partium damno ac^g brevius expediantur, similiter statuimus et etiam ordinamus, quod Cancellaria litterarum iustitie singulis septimanis^h saltem semel, prout antiquitus teneri consuevit, teneatur, ad quam notarii dicte sedis, qui sex numero esse debent eorumque et alii in formandis notis in iustitia vel in iure sufficientes abbreviatores, quorum nomina in pitaphio abbreviatorum dictarum litterarum sint inscriptaⁱ, accedere nec non doctores famosi, etiam prelati ac practici in dicta curia tunc presentes debeant convocari, prout hactenus extitit laudabiliter observatum.

DE ABBREVIATORIBUS^j.

(TA 10) Et quoniam multi sunt abbreviatores et eorum^k aliqui omnino imperiti, aliqui minus^l quam oporteat, aliqui numquam abbreviature exercent officium, vicecancellarius et presidens prefati, qui talium habent notitiam, hoc studeant efficaciter observare, quod omnino imperitis et his, qui non consueverunt dictum officium personaliter exercere, nullas peritioribus autem difficilioris^m materie et etiam illas maioris taxe supplicationes pro minutis fiendis distribuunt, ne propter abbreviatoris imperitiam sint littere rescribende, caveantque, ne propter favorem alicuius minusⁿ periti eidem supplicationes magne taxe^o distribuuntur, cum

sit rationi contrarium, quod plus mercedis accipiat, qui minus scit^p aut valet laboris impendere^q.

^a V gross() pro ... constitutione VL 3884

^b ultra VL 3884 ultima

^c XVI VL 3884 sexdecim

^d quia VL 3884 quod

^e in VL 3884 ex

^f securius - vicecancellarii *fehlt* VL 3884

^g ac VL 3884 ut

^h et etiam ordinamus - septimanis *fehlt* VL 3884

ⁱ inscripta VL 3884 scripta

^j De abbreviatoribus VL 6343 *am linken Rand*

^k eorum VL 3884 aliorum

^l imperiti - minus *fehlt* VL 3884

^m difficilioris VL 3884 efficacioribus

ⁿ VL 3884 *folgt* tradant

^o taxe VL 3884 taxa

^p scit VL 6343 sit

^q aut valet laboris impendere *fehlt* VL 3884

DE LITTERIS RESCRIBENDIS^a.

(TA 11) Verum licet super litteris rescribendis expensis illorum, per quorum culpam iudicate fuerint rescribende, plura statuta sint ab eisdem predecessoribus salubriter ordinata, que propter defectum executionis carent effectu, statuimus, quod in omni littera iudicata^b rescribenda scribatur nomen illius abbreviatoris vel scriptoris, per^c cuius culpam iudicata fuerit rescribenda. Et super hoc rescribendarius litterarum apostolicarum pro tempore existens registrum^d facere teneatur, in quo ex officio hoc idem scribatur, designando litteram et personam culpabiles ipsamque litteram rescribendam mittat ad illum, per cuius culpam acciderit vel eidem^e in Cancellaria, si presens fuerit, tradat ipseque^f presens infra tres, absens vero^g infra quattuor dies et, si illis diebus non teneatur Cancellaria, in proxima die, qua illa^h teneri contigerit, rescriptam suis expensis partiⁱ reddere teneatur, alioquin duorum florenorum Camere^j penam incurrat, quam infra duos dies post lapsum termini reddende littere rescripte^k computatori vel alicui alteri^l ad hoc per ipsum vicecancellarium deputando sub pena dupli^m solvere teneatur, et donec de premissis satisfecerit, nulla supplicatio abbreviatori nullaque minuta scriptori culpabili per vicecancellarium vel locumtenentem predictum distribuatur, et scriptor ipse interim ab omni emolumento officii sui sit suspensus, et de his, qui penam incurrerint, rescribendarius computatorem, computator autem vicecancellarium predictum infra diem naturalem certificare teneatur. Et de premissis servandis ipsi vicecancellarius et presidens sint attentis, rescribendarius vero, computator vel alius loco sui ad hoc forsitan deputandus illa iurent, quantum ad eos pertinebit, fideliter observa-

re, penas autem huiusmodi eorundem scriptorum capelle volumus applicari. Si vero pars aut prosecutor talis littere illam sibi tradi maluerit et facere, quodqueⁿ **volet**^o rescribi^p, redatur eidem, ut moris est. Quo casu cessent pene predictae.

^a De - rescribendis *BL 2825, VL 3884, VL 6343, Paris 4172*

^b iudicata *VL 3884* que iudicata fuerit

^c per *VL 3884* ad

^d registrum *VL 3884* registra

^e eidem *VL 3884* ea

^f ipseque *VL 3884* ipse quod

^g absens vero *VL 3884* abbreviatores

^h illa *VL 3884, Paris 4172* illam

ⁱ parti *fehlt VL 3884*

^j Camere *VL 3884* auri de Camera

^k rescripte *VL 3884* rescribende

^l alicui alteri *VL 3884* auscultatori

^m dupli *VL 3884* duplici

ⁿ quodque *VL 3884, Paris 4172* per quem

^o volet *VL 3884* velit

^p rescribi *VL 3884* scribi

DE REGISTRIS ET BULLA^a.

(**TA 12**) Item, cum littere apostolice pro sola taxa illarum debeant registrari nihilque nisi taxa ipsarum litterarum exigere debeat, cum earum scriptores salarium habeant de publico, et intellexerimus^b, quod tam prefati quam alii in registro supplicationum scriptores supplicationes et litteras ipsas aut nolunt aut nimium differunt registrare, nisi prius data eis a partibus^c aliqua pecunia, et novissimas prioribus preferunt, hoc fieri de cetero districtius inhibemus^d statuentes, quod supplicationes et littere^e predictae ad registra delate^f prius omnes registrarentur^g quam alie quecumque^h, que postmodum ad ipsa registra deferuntur, nisi forte magistri registrarum ipsorumⁱ ex aliqua rationabili causa aliquas supplicationes vel litteras prius mandaverint registrari, et ita iurent scriptores dictorum registrarum, cum ad illud officium de cetero assumentur^j, fideliter observare, ipsique magistri id faciant districtius^k observari.

BULLATORES, QUE RECIPERE DEBEANT^l.

(TA 13) Similiter statuimus et etiam ordinamus, quod bullatores seu custodes bulle dictarum litterarum^m pro ipsis litteris bullandis gratiam sive iustitiam continentibus ultra taxam antiquam, quam videlicet tempore eiusdem Gregorii XI predecessoris pro similibus litteris recipere consueverant, nihil amplius recipiant.

^a De - bulla *BL 2825, VL 3884, VL 6343, Paris 4172*

^b intellexerimus *VL 3884* intelligimus

^c partibus *VL 3884* parte

^d inhibemus *VL 3884* prohibemus

^e supplicationes et littere *VL 6343, Paris 4172* littere et supplicationes

^f delate *Paris 4172* delata

^g registrarantur *VL 3884, Paris 4172* registrentur

^h quecumque *VL 3884* quorumcumque

ⁱ ipsorum *fehlt VL 3884*

^j *VL 3884 folgt de cetero*

^k districtius *VL 3884* indifferenter

^l Bullatores - debeant *VL 3884*

^m bulle - litterarum *VL 3884* bullarum

DE LITTERIS DUPLICATIS^a.

Item de littera duplicata ultra quattuor^b idemque de littera correcta defectu partis iterum bullanda ultra VIII nec non de litteris aliis bullatis et iterum non tamen propter defectum partium bullandis et in dicto registro^c corrigendis ultra unum Turonenses grossos^d recipere aut exigere non presumant. Idemque per registratores dictarum litterarum, qui pro sumpto^e cuiuscumque gratie ex registris eisdem ultra unum florenum^f de Camera et unum grossum Turonensem exigere nequeant, precipimus observari, quod, si prefati registratores litteras registrandas causa aliquid^g exigendi vel extorquendi a prosequentibus ipsas plus debito^h differant facere registrari vel easⁱ mala expeditione malitiose redarguant aut in salariis clericorum in registro scribentium participant seu ultra taxam litterarum ipsarum directe vel indirecte a partibus aliquid nituntur^j exigere ultra, quam ab antiquo consuetum sit, sententiam excommunicationis incurrant, a qua mortis casu excepto per alium quam Romanum pontificem absolvi non possint. Et insuper, si^k hoc per testes vel alias presumptione^l violenta probari poterit, officio suo priventur per iudicem, cui per nos seu de mandato nostro causa committetur huiusmodi, quodque clerici predicti, qui litteras eis traditas infra tres dies ex tunc immediate sequentes cessante impedimento legitimo non registrarint, a dicto registro penitus sint amoti.

-
- ^a De litteris duplicatis VL 6343 am rechten Rand und fol. 133v auf der Höhe von „Sententia“ Sententia excommunicationis contra registratores litterarum plus exigentes
^b quattuor VL 3884 IIII
^c registro *fehlt* VL 3884
^d Turonenses grossos VL 3884 Turonensem grossum
^e qui pro sumpto VL 3884 et supplicationum
^f VL 3884 *folgt* auri
^g VL 3884 *folgt* registrandi
^h debito VL 3884 debitis
ⁱ eas VL 3884 eadem
^j nituntur VL 3884, Paris 4172 nitantur
^k si VL 6343 in
^l presumptione VL 3884 presumptive

DE SCRIPTORIBUS ET ABBREVIATORIBUS LITTERARUM APOSTOLICARUM^a.

(TA 14) Quoniam scriptorum apostolicarum et Penitentiarie nostre litterarum ipsarumque^b litterarum apostolicarum abbreviatorum^c moderno tempore excessivus est numerus, quorum nonnulli imperiti plurimique a dicta curia sunt absentes, quidam etiam episcopi et prelati dictarum litterarum tenent officia, statuimus et etiam ordinamus, quod nullus deinceps ad aliquod officiorum huiusmodi assumatur, nisi prius per diligentem examinationem dicti vicecancellarii aut super hoc deputandorum ab eo in scriptura, litteratura, prout requirit officium, vita, moribus et laudabili fama repertus fuerit utilis et idoneus ad huiusmodi officium exercendum, quodque notariis dicte sedis, episcopis, abbatibus et aliis superioribus prelatis predicta officia vel aliquod ex eis non^d conferantur de cetero, volentes et etiam decernentes, quod scriptores et abbreviatores absentes dictarum litterarum sua officia presentialiter obtinentes, qui infra annum a die publicationis presentium computandum ad exercendum personaliter officium suum ad curiam reversi non fuerint et residerint in eadem, nisi forsan de nostra aut ipsius vicecancellarii speciali licentia, de qua per nostras aut eius patentes litteras constet, fuerint absentes^e seu alias legitime impediti, eo ipso suis officiis sint privati, districtius^f inhibentes, ne^g post privationem huiusmodi ipsis scriptoribus vel abbreviatoribus quidquam distribuatur per ipsum vicecancellarium vel taxatores huiusmodi litterarum.

-
- ^a De - apostolicarum VL 6343, Paris 4172; BL 2825, VL 3884 De scriptoribus et abbreviatoribus
^b litterarum ipsarumque *fehlt* VL 3884
^c abbreviatorum VL 6343 abbreviatores
^d non *fehlt* VL 3884
^e fuerint absentes *fehlt* VL 3884
^f districtius VL 3884 differen. (!)
^g ne VL 3884 ut

DE NOTARIIS ET ABBREVIATORIBUS^a.

(TA 15) Et quia notarii dicte sedis, ad quorum officium plurimarum litterarum confectio et expeditio pertinet, illas per se facere nequeunt, sed per abbreviatores fieri faciunt, quos aliquando minus peritos recipiunt, unde plura quandoque inconvenientia subsequuntur, statuimus, quod nullus notarius de cetero huiusmodi abbreviatorem recipiat, nisi prius auctoritate vicecancellarii per alios abbreviatores sibi assistentes examinatus repertus fuerit idoneus et approbatus ac deinde ipsi notario per dictum vicecancellarium assignatus. In ceteris vero premissa concernentibus constitutiones dictorum predecessorum firmiter observentur.

DE EXCESSIVA TAXA^b.

(TA 16) Et quoniam aliquando contingit, quod littere apostolice excessive taxantur vel ab eisdem notariis, abbreviatoribus vel scriptoribus excessivum petitur salarium, statuimus, quod, si pars de excessu in premissis velit conqueri, ante expeditionem vel post apud vicecancellarium vel presidentem predictum conqueratur, qui habito consilio cum assistentibus prelibatis iudicet de excessu et, si invenerit litteram excessive taxatam aut exactam^c pecuniam, reddi faciat parti lese ab illo, qui per^d taxam excessive recepit, excessum^e. Taxator vero excessivus de excessu^f arbitrio dicti vicecancellarii puniatur. Si vero aliqui ex notariis dicte sedis per se vel suos abbreviatores litteras, quarum confectio et expeditio ad eos pertinent et quas unus ex eis taxare consuevit, excessive taxaverit aut ultra debitum quidquid exegerit, deposita per partem apud ipsum vicecancellarium querimonia, de simili excessu eius arbitrio puniatur^g.

^a De notariis et abbreviatoribus VL 6343 am linken Rand

^b De excessiva taxa VL 6343

^c aut exactam fehlt VL 3884

^d per fehlt VL 3884

^e excessum fehlt VL 3884

^f de excessu fehlt VL 3884

^g puniatur Paris 4172 puniantur

In VL 6343, fol. 134, und Paris 4172, fol. 179r folgen an dieser Stelle OT 149 (kollationiert) und ME 52 (aus VL 6343 fol. 134r); **Druck:** TANGL, KO S. 160f. Nr. 31; **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 31.

ME 52. Cum nos dudum videlicet II nonas februarii pontificatus nostri anno sexto¹ stauerimus, ordinaverimus, voluerimus et decreverimus, quod scriptores litterarum apostolicarum, qui tunc a Romana curia absentes erant, sua officia tunc presentialiter obtinentes, qui infra annum a die publicationis dicte ordinationis computandum ad exercendum perso-

naliter officium suum^a ad dictam curiam reversi non forent et residerent in eadem, nisi forsitan de nostra aut sancte Romane ecclesie vicecancellarii licentia, de qua per nostras aut ipsius patentis litteras constaret, ‹quod› forent absentes seu alias legitime impediti, eo ipso suis officiis essent privati, ac etiam inhibuerimus, ne post privationem huiusmodi ipsis scriptoribus sic absentibus quidquid per taxatorem ipsarum litterarum distribueretur, nos igitur ex certis rationabilibus causis ad id animum nostrum moventibus statutum, ordinationem, voluntatem et decretum predicta etiam quoad omnes et quoscumque dictarum litterarum scriptores tam presentes quam absentes et, qui infra dictum annum non venerint, prorsus tollimus, cassamus et irritamus^b eaque nullum preiudicium factum vel generatum fuisse^c, penam privationis huiusmodi taliter remittentes et amoventes ac inhibitionem ipsam penitus quoad hoc dumtaxat revocantes, et nihilominus prefatos scriptores in statum et libertatem pristinos, in quibus erant ante voluntatem et ordinationem nec non inhibitionem predictas, restituimus et reponimus per presentes, ita quod liceat eis absque cuiusvis pene, metu vel incurso, quo voluerint, transire, stare et redire impune et libere sicut prius, non obstantibus premissis ac aliis contrariis quibuscumque.

Scribatur in libro Cancellarie, Io(hannes) Ostiensis². Idus maii anno septimo^{d3} fuit publicata, M(ichelinus) de Novaria⁴.

¹ 1423 Februar 4.

² Johannes de Broniaco.

³ 1424 Mai 15.

⁴ Michelinus de Zafferis de Novaria.

^a suum fehlt VL 6343

^b Paris 4172 folgt per

^c Paris 4172 folgt decernimus

^d septimo Paris 4172 VII

DE IUSTITIA ET MINISTRIS EIUS^a.

(**TA 17**¹) De auditoribus autem causarum Palatii apostolici^b et aliis in Romana curia iudicibus eorumque notariis constitutiones dictorum predecessorum super hoc laudabiliter editas iubeamus firmiter observari, quas auditores et notarii predicti apud se cum ceteris constitutionibus huiusmodi teneantur, ut prefertur, habere et circa^c earum observationem diligenter intendere. Verum si quis ex eisdem auditoribus de premissarum constitutionum transgressione seu de precipitatione iustitie negligentia, corruptione et munerum acceptio-^dne notatus fuerit seu vagus aut alias male vel inhoneste versetur in dicta curia, per prefa-

¹ Teilweise wörtliche Wiederholung von TANGL, KO S. 149/150 Nr. XXVI. 20-21.

tum vicecancellarium vel eius vicegerentem caritative moneatur, ut ab hiis abstineat et se emendet bonamque famam acquirere studeat et in vita laudabiliter perseveret, quod, si sic monitus se emendare neglexerit et^e per tres menses continuos post monitionem huiusmodi eadem nota vel infamia respersus in proposito sue opinionis permaneat, per vicecancellarium aut vicegerentem predictum cause sibi nullatenus committantur et, si per alios tres menses simili nota vel infamia notatus fuerit et se non emendaverit, ut prefertur, tunc idem vicecancellarius aut vicegerens premissa nobis referre teneatur, ut super hoc possit salubriter provideri.

^a De iustitia et ministris eius *BL 2825, VL 3884, VL 6343 (ohne eius), Paris 4172*

^b apostolici *fehlt VL 3884*

^c circa *fehlt VL 3884*

^d munus acceptatione *VL 3884 iniuriis acceptatione*

^e et *fehlt VL 6343*

(TA 18¹) Ceterum statuimus et etiam ordinamus, quod, si contingat inter easdem personas et super eadem re diversis auditoribus aut iudicibus aliquam causam committi, is, cui primo fuerit presentata commissio super causa huiusmodi, remaneat eiusdem cause iudex, quod, si de iurisdictione alterius extiterit pro parte adversa data exceptio, tunc, cuius fuerit iurisdictio primitus, cognoscat^a ille, coram quo excipitur, et exceptio alteri iudici intimetur, quod, si constare non possit, cui prima commissio fuerit presentata, antiquior auditor iudex sit cause et iunior causam ipsam eidem antiquiori auditori dimittat nec ulterius quivis^b eorum iudicum in causa procedat, donec fuerit iudicatum, et, si ulterius procedatur ante cognitionem huiusmodi, non valeat processus.

¹ *Teilweise wörtliche Wiederholung von TANGL, KO S. 140-141 Nr. XXVI 20-21.*

^a cognoscat *VL 3884* recognoscat

^b nec - quivis *VL 3884* vel - nullus

Auditor vero aut iudex alius vel notarius, qui circa^a hoc ad retinendum causam aliquid dolose egerit, excommunicationis sententiam incurrat eo ipso, a qua non possit nisi per dictum vicecancellarium aut de eius mandato et - restitutis prius parti lese expensis et damnis - absolvi.

^a circa *VL 3884* etiam

DE NOTARIIS ROTE^a.

(TA 19) Statuimus etiam^b, quod nullus in notarium alicuius auditoris dicti Palatii, nisi XXV^c sue etatis annum attigerit et alias notariatus officium exercuerit sitque boni nominis et laudabilis fame ac sufficiens et idoneus ad notariatus officium causarum Palatii predicti^d exercendum et post diligentem examinationem et informationem super hiis habitam per ipsum vicecancellarium aut deputandos ab eo de premissis constiterit, admittatur quodque notarii dictorum auditorum sua notariatus officia non vendant nec locent^e, alioquin et officium et pretium perdant ipsumque pretium Camere apostolice applicetur et officium alteri conferatur et, si quis ex eisdem notariis cessante causa necessaria vel absque sui auditoris licentia per tres menses continuos ab eadem curia^f absens fuerit, dicto officio eo ipso privatus existat.

^a De - Rote VL 6343 am rechten Rand und nicht als Überschrift; BL 2825 von jüngerer Hand De notariis Palatii apostolici et eorum officiorum; VL 3884 De notariis palatii; Paris 4172 ohne Überschrift

^b VL 3884 folgt et ordinamus

^c XXV VL 3884 vicesimum quintum

^d predicti Paris 4172 unterpunktet

^e vendant nec locent VL 3884, Paris 4172 locent non vendant; VL 3884 folgt alicui

^f curia fehlt VL 3884

(TA 20¹) Volumus insuper, quod predicti notarii in habitu decenti incedant honesto et convenienti clerico seculari, tabernas non frequentent nec concubinarii existant, cum per hoc eorum vilescat officium et ex huiusmodi inconvenientia vite infamiam consequantur, et, si contrarium fecerint, suis priventur officiis, (TA 21) quodque notarius, qui notatus aut difamatus extiterit, quod malitiose, negligenter vel per dolum aliquod^a egerit vel scripserit quam in processu vel iudicio deductum vel actum^b fuerit inter partes seu quod ipse personarum, in quarum causis scribit, acceptor sit eis secreta cause detegendo aut alias in alterius partis preiudicium aliquid committendo^c, eo ipso suo notariatus officio sit privatus et de huiusmodi^d infamia et aliis premissis per dictum vicecancellarium vel ab eo deputandum summarie, simpliciter et de plano fiat diligens inquisitio et, si per inquisitionem huiusmodi ipse notarius culpabilis repertus fuerit aut si purgatio extiterit indicenda et indicata debite se non expurgaverit^e, privetur quibuscumque aliis officiis^f, que in eadem curia obtineb(i)t^g. Et idem volumus de quibuscumque notariis quorumcumque sancte Romane ecclesie cardinalium, iudicum et commissariorum in eadem curia pro tempore deputatorum^h inviolabiliter observari.

¹ Vgl. TANGL, KO S. 149/150 Nr. XXVI. 23-29.

^a aliquod VL 3884 aliud

^b deductum vel actum VL 3884 productum

-
- ^c committendo *fehlt VL 6343*
^d VL 3884 *folgt officii*
^e expurgaverit VL 3884 *purgaverit*
^f officiis VL 3884 *beneficiis*
^g obtineb(i)t VL 3884 *obtinebat*
^h deputatorum VL 3884 *deputandorum*

(TA 22) Et nihilominus, quod dicti notarii in exactionibus salariorum suorum^a pro suis processibus et scripturis taxas super hoc ordinatas per dictum Iohannem XXII cum illarum moderationibus observare teneantur, quod, si ultra dictam taxam aliquid petere vel exigere quoquo modo presumpserint, super excessu huiusmodi ad vicecancellarium vel locumtenentem^b predictum habeatur recursus, qui vocatis in hoc peritis huiusmodi excessus iuxta taxas predictas reducat ad debitum moderamen^c, et, si notarius ipse de facto plus receperit, duplum parti lese refundere teneatur, quodque pro citationibus compulsoriis et inhibitionibus, decretis in partibus, procuratoriis, instrumentis ac remissionibus ad partes, examinationibus testium et quibuscumque aliis scripturis bis scriptis in eodem processu nisi semel dumtaxat taxatio fiat.

-
- ^a suorum *fehlt VL 3884*
^b locumtenentem VL 3884 *vicegerentem*
^c debitum moderamen VL 3884 *debitam moderationem*

DE PAUPERIBUS CLERICIS LITIGANTIBUS^a.

(TA 23) Preterea statuimus et etiam ordinamus, quod tam notarii causarum^b dicti Palatii quam etiam procuratores et advocati pauperibus clericis in dicta curia super quibusvis beneficiis ecclesiasticis pro tempore litigantibus, qui^c iuraverint se pro suis^d causis defendendis pecunias non habere, gratis in huiusmodi causis^e scribant et scripturas tradant eisque procurationis et advocationis officium^f patrocinium et favorem etiam gratis impendant. Ad que^g facienda eos per auditorem, coram quo causa pendeat^h, compelli posse volumus remediis opportunis.

-
- ^a De - litigantibus BL 2825, VL 6343, Paris 4172; VL 3884 De pauperibus scholaribus litigantibus
^b causarum *fehlt VL 3884*
^c qui VL 3884 *cum*
^d pro suis VL 6343 *prorsus*
^e causis *fehlt VL 3884*
^f officium *fehlt VL 3884*
^g Ad que VL 3884 *Atque*
^h pendeat VL 3884 *pendebatur*

DE ADVOCATIS ET PROCURATORIBUS^a.

(TA 24) Advocatos etiam et procuratores constitutiones Iohannis XXII¹ et Gregorii XI² predecessorum predictorum super hoc editas, quas secum teneantur habere, diligenter precipimus observare et presertim in examinatione cause, si iusta sibi vel iniusta esse^b videatur, ita ut nullam agendam iniustam causam vel defendendam scienter suscipiant et de hoc iuramentum prestant et observent, prout in dictis constitutionibus extitit salubriter ordinatum^c. Caveant autem a tumultuosis clamoribus in consistoriis et audientiis nec unquam plures simul loquantur et, donec advocatus proponens vel respondens sermonem compleverit, alius sive eiusdem^d sive adverse partis advocatus quidquam dicere non presumat. Liceat etiam^e procuratori cause proponenti advocato retro assistere, ut, si quid forsitan ille omiserit, procurator ad memoriam revocet et reducat.

¹ = *Johannes XXII. Nr. 47.*

² = *Gregor XI. Nr. 86*

^a De - procuratoribus *BL 2825, VL 3884, VL 6343, Paris 4172*

^b esse *fehlt VL 3884*

^c ordinatum *VL 3884 observatum*

^d sive eiusdem *VL 3884 eidem*

^e etiam *VL 3884 tamen; VL 6343 .n. (?)*

(TA 25) Statuimus autem^a, prout etiam iura disponunt, ut nullus advocatus vel procurator, qui semel uni parti in aliqua causa consilium vel patrocinium dederit, parti adverse in eadem causa patrocinium vel consilium prestat seu causam ipsius agat vel defendat, nisi facta advocatorum aut procuratorum distributione auctoritate iudicis compellatur. Quo casu de hiis^b, que ab illa prima parte in causa **didiscit**, numquam alteram doceat, aut ex illis, nisi ab eadem parte^c **didiscerit**, patrocinium procuret^d et, si contra premissa fecerit, excommunicationis sententiam et alias penas iuris incurrat ac suo privetur officio ad^e interesse partis nihilominus condemnandus^f.

^a *VL 3884 folgt et etiam ordinamus*

^b de hiis *fehlt VL 3884*

^c **didiscit** - parte *fehlt VL 3884*

^d procuret *VL 3884 prestat; Paris 4172 pret. (!)*

^e ad *VL 3884 ac*

^f condemnandus *VL 3884 condemnandum*

DE ADMITTENDIS AD OFFICIUM PROCURATORIS^a.

(TA 26) Et quia per procuratorum imperitiam aut ineptiam^b partes ipse sepe^c in causis dispendium et preiudicium patiuntur, statuimus, quod nullus de cetero ad procuratoris officium in dicta curia publice pro salario exercendum in iudiciis admittatur, nisi prius per ipsum

vicecancellarium vel deputandos ab eo in litteratura, industria et stilo curie examinatus atque habita debita informatione de moribus, fidelitate et honesta conversatione repertus fuerit idoneus et per eundem vicecancellarium ad huiusmodi publicum officium per eius litteras patentes admissus^d omnesque procuratores admissi in aliorum matricula conscribantur, sicut in prefati Benedicti XII^{e1} predecessoris constitutionibus de advocatis habetur.

¹ = *Benedikt XII. Nr. 44.*

^a De - procuratoris VL 6343 am linken Rand mit Verweiszeichen, so dass es als Überschrift gilt; VL 3884 Qui debent esse procuratores et qualiter assumi

^b aut ineptiam *fehlt* VL 3884

^c ipse sepe *fehlt* VL 3884

^d VL 3884 *folgt* fuerit

^e Benedicti XII VL 3884 Iohannis XXII

TA 27. Et quia sepe in advocatorum absentia cause in iudiciis per procuratores aguntur et defenduntur, procuratores ipsi ab iniuriis et contumeliosis verbis^a et modo^b dicendi et loquendi, cum^c hoc agent, eadem studeant observare, que de^d advocatis superius duximus statuenda^e, quod, si contrarium fecerint, formidabilibus penis per iudicem cause taliter puniantur, quod per hoc ceteri a similibus^f arceantur.

^a *Tangl folgt* abstineant

^b modo VL 3884 male

^c cum VL 3884 tamen

^d de *fehlt* VL 3884

^e statuenda VL 3884 statuendo

^f VL 3884 se abstineant et

Et insuper dignitatem in cathedrali maiorem post pontificalem vel in collegiata ecclesia principalem obtinentes ad officium publici procuratoris^a in dicta curia precipimus de cetero non assumi.

^a publici procuratoris VL 3884 publice procuratoris

(TA 28) Inhibemus etiam eisdem procuratoribus et notariis causarum dicti Palatii et aliis clericis in dicta curia actu sua officia exercentibus, ne concubinas publice teneant, mandantes, quod^a eas de presenti publice tenentes^b infra mensem a die publicationis predictae dimittere teneantur, alioquin sententiam excommunicationis incurrant et suis officiis sint privati, honestum preterea gerant habitum congruentem clerico seculari nec tabernas frequentent et, si contrarium fecerint, ab eorum officiis per ipsum vicecancellarium predictum ad tempus, de quo sibi videbitur, suspendantur.

Am rechten Rand neben TA 28 steht folgende Marginalie: (aus BL 2825 fol. 145v (beschnitten), VL 6343 fol. 136r, Paris 4172). Weggeschnittenes in BL 2825 in [], Weggeschnittenes in Paris grau markiert.

ME 51 [Cum] equitas sit preferenda rigori, sanctissimus dominus noster omnes et singulas penas et sententias contra tenentes publice [concubinas] per presentem, [que incipit „In-hi]bemus“ et illam domini Iohannis [X]XII constitutiones de concubinis [se]quen(dis) inflic-tas aut indictas [promu]lgatas quoad scriptores [apostolicarum] et sacre Penitentiarie lit-terarum [pro cert(i)s] causis eum moventibus ad bene[placitum] sedis apostolice suspen-dit, declarans in[an(em)] prefatorum scriptorum penam seu [nostram] aliquam propter premissas constitutiones [hactenus] incurrisse.

[B^c.(?)] de Montepoliciano¹ [de] mandato domini nostri pape.

¹ *Bartholomeus Francisci de Montepoliciano.*

^a mandantes quod VL 3884 mandamusque eis

^b tenentes VL 3884 tenentibus et

^c B. VL 6343, Paris 4172 S.

DE BREVIANDIS LITIBUS^a.

(**TA 29**) Et quoniam lites super quibusvis causis beneficialibus, profanis^b et aliis, que pro tempore per quascumque personas ecclesiasticas vel seculares in Romana curia ex^c apo-stolica commissione moventur atque tractantur^d, intendimus fieri breviores et, ut^e litigantes ad dictam curiam pro defensione suorum iurium venientes et huiusmodi causas prose-quentes releventur a laboribus et expensis, statuimus et etiam ordinamus, quod in causis^f, in quibus de iure vel aliter^g per rescriptum sive commissionem proceditur summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, talis ordo servetur, videlicet quod fundata iurisdictione in prima instantia cause principalis terminus^h ad libellandum servetur ad primam, ad iurandum de calumnia ad primam, ad ponendum et articulandum ad duodecimamⁱ, ad dicendum contra articulos ad secundam^j, ad producendum omnia ad se-cundam^k, ad dicendum contra ad secundam^l, ad declarandum ad primam, ad dicendum contra ad primam dies. In secunda vero instantia terminus ad libellandum ad primam, ad iurandum^m ad primam, ad articulandum ad octavamⁿ, ad dicendum contra ad primam^o, ad producendum omnia ad primam, ad dicendum contra ad primam, ad declarandum ad pri-mam, ad dicendum contra ad primam^p dies^q. In tertia autem instantia servantur similes termini, qui in secunda^r servantur^s instantia, ad primam preter^t terminum ad articulandum, qui servetur^u ad sextam^v diem.

-
- ^a De - litibus *BL 2825, VL 6343, Paris 4172; VL 3884* De abbreviatoribus (*verbessert zu abbreviando*) litibus et observationibus clericorum in causis beneficialibus
- ^b profanis *fehlt VL 3884*
- ^c ex *fehlt VL 3884*
- ^d tractantur *VL 3884* scribuntur
- ^e ut *fehlt VL 3884*
- ^f causis *VL 3884* casibus
- ^g aliter *Paris 4172* alias
- ^h terminus *VL 3884* termini
- ⁱ duodecimam *VL 3884* XII
- ^j secundam *VL 3884* 2^{am}
- ^k secundam *VL 3884* 2^{am}
- ^l secundam *VL 3884* 2^{am}
- ^m *VL 3884* *folgt* de calumnia
- ⁿ octavam *VL 3884, Paris 4172* VIII
- ^o In secunda vero instantia terminus ad libellandum ad primam, ad iurandum ad primam, ad articulandum ad octavam, ad dicendum contra ad primam *VL 6343 am rechten Rand, folgt* diem
- ^p ad producendum omnia ad primam, ad dicendum contra ad primam, ad declarandum ad primam ad dicendum contra ad primam *fehlt VL 6343*
- ^q ad declarandum ad primam, ad dicendum contra ad primam dies *fehlt VL 3884*
- ^r secunda *VL 3884* 2^a
- ^s servantur *fehlt VL 3884*
- ^t preter *VL 3884* per
- ^u servetur *VL 3884* servatur
- ^v sextam *VL 3884* V; *Paris 4172* VI

(TA 30) Verum^a, cum termini ad articulandum, dicendum contra articulos, producendum omnia et dicendum contra producta de substantia iudicii censeantur existere, statuimus atque decernimus, quod ipsorum alicuius omissio reddat eo ipso^b processum nullum. Aliorum vero terminorum alicuius omissio^c, dum tamen malitiose non fiat, sed casu aliquo contingente processum non vitiet.

^a *VL 3884* *folgt* tamen

^b eo ipso *fehlt VL 3884*

^c alicuius omissio *VL 3884* alicui omiss(is)

DE ALIIS CAUSIS^a.

(TA 31) In causis autem, in quibus proceditur in figura iudicii, servantur termini secundum stilum curie consuetum preterquam in termino^b ad respondendum libello et ad iurandum de calumnia, qui servantur^c ad primam, et in termino ad articulandum, qui^d in prima instantia tam ex parte actoris quam^e rei servetur ad XV diem. In secunda^f vero instantia similiter ad respondendum libello ad primam, ad iurandum de calumnia ad primam, ad articulandum ad VIII diem. Reliqui vero termini servantur, prout secundum stilum antiquum solitum est servari. In tertia^g autem instantia servantur omnes termini ad primam^h, secundum quod consuevit antiquitus observariⁱ preter^j terminum ad articulandum, qui observetur^k ad sextam^l diem. Volumus autem, quod premissa vendicent sibi locum non solum ad futura

negotia, sed etiam ad pendentia^m etiam per appellationem, ita tamen quod processus primo factus propter hoc non vitietur, sed in pristino suo robore et firmitate persistat.

^a De - causis *BL 2825, VL 6343, Paris 4172; VL 3884* Item de aliis causis

^b in termino *fehlt VL 6343*

^c servantur *Paris 4172* servetur

^d qui *fehlt VL 3884*

^e *VL 3884* folgt parte

^f secunda *VL 3884 2^a*

^g tertia *VL 3884 3^a*

^h *VL 3884* folgt diem

ⁱ observari *VL 3884* servari

^j preter *VL 3884* propter

^k observetur *VL 3884, Paris 4172* servetur

^l sextam *VL 3884 VI*

^m pendentia *VL 6343* precedentia

QUOD IURA ET ARTICULI DEBANT DARI ANTE TERMINUM AD DECLARANDUM^a.

(TA 32) Preterea^b illum usum, quo procuratores in^c observantia terminorum dicunt se dare libellum et articulos verbo et dicere contra producta^d verbo, et ita servant omnes terminos, et cum iam deberet pronuntiari sententia, tunc incipiunt processum et dant articulos et cetera^e (*so Paris 4172!*), faciunt realiter, que dixerunt verbo, sic duximus moderandum, quod procuratores ipsi^f ad dicendum contra producta post terminum et ante^g terminum ad declarandum articulos facto^h et omnia, que de iure volunt et possunt producere, teneantur.

^a Quod - declarandum *VL 3884*

^b *VL 3884* folgt ut

^c in *fehlt VL 3884*

^d producta *VL 6343* predicta

^e et cetera *VL 3884* etc.

^f ipsi *VL 3884* ipsius

^g ad dicendum contra producta post terminum et ante *VL 3884* post

^h facto *VL 3884* factos

(TA 33) Et quoniam aliquando contingit, quod post observationem omnium terminorum notarii registrum ordinare et auditori cause presentare et, postquam registrum eidem auditori presentatum fuerit, auditores plus debito causam differunt expedire, statuimus et etiam ordinamus, quod servatis omnibus terminis in quacumque causa notarius, qui scripsit in causa, registrum infra XV dies conficere et ordinare ac deinde de salario sibi debito satisfacto illud statim suo auditori tradere et assignare debeat et deinde idem auditor, postquam registrum ipsum sibi fuerit presentatum, terminum habeat duorum mensium, infra quos causam ipsam expedire teneatur, nisi forsitan a^a nobis vel dicto vicecancellario propter arduitatem cause, sicut sepe contingit, maiorem dilationem habuerit, de qua per

nostram specialem commissionem in registro cause constet, alioquin notarius sententiam excommunicationis incurrat et, si de negligentia expeditionis dolo vel fraude coram suo auditore fuerit accusatus, salarium suum^b perdat, ad expeditionem^c per eundem dominum auditorem nihilominus compellendus^d, et auditor, qui infra dictos menses non habita a nobis vel ipso vicecancellario maiore dilatione temporis^e causam expedire contempserit, ex tunc iurisdictionem amittat et causa^f alteri committatur et ab ingressu Rote suspendatur per mensem. Et idem de iudicibus aliis extra Rotam precipimus observari, quibus^g, si negligentes fuerint causas expedire infra^h duosⁱ menses, alique cause per trimestre tempus nullatenus committantur et, si fuerit contrafactum, commissiones nullius existant roboris vel momenti.

^a a *fehlt* VL 6343

^b suum *fehlt* VL 3884

^c ad expeditionem VL 3884 ac expedit

^d compellendus VL 3884 compellendum

^e maiore - temporis VL 3884 maiori tempore

^f VL 3884 *folgt* ipsa

^g quibus VL 3884 quod

^h VL 3884 *folgt* dictos

ⁱ duos *Paris* 4172 dictos

DE ARRESTO LITTERARUM^a.

(TA 34) Preterea, quia sepe contingit, quod littere apostolice ad impediendum^b partes et eas involvendum laboribus et expensis absque aliqua rationabili causa in bulla et registro dictarum litterarum arrestantur et suum nequeant sortiri effectum, statuimus et etiam ordinamus, quod, postquam littera arrestata ad auditorem cause fuerit reportata, idem auditor adverse parti terminum VIII dierum prefigere^c per eum postea, si expediat prorogandum^d, infra quem de suo iure et interesse coram dicto auditore legitime docere et fidem facere teneantur, alioquin littera, que sic fuerit arrestata, omnino relaxetur et petenti parti restituatur.

^a De - litterarum VL 6343 *am rechten Rand*; VL 3884 De arresto litterarum et relaxatione earundem; **BL 2825, Paris 4172 nichts**

^b impediendum VL 3884 expediendum

^c prefigere VL 3884 prefigendum; **Tangl folgt [debeat]**

^d VL 3884 *folgt* per eum

QUOD NON FIANT COMMISSIONES CARDINALIBUS^a.

(TA 35) Statuimus insuper et etiam ordinamus ad parcendum laboribus et expensis quorumlibet litigantium, quod cause super quibusvis^b beneficiis ecclesiasticis secularibus

et regularibus, quorum fructus, redditus^c et proventus LX florenorum auri de Camera^d secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, sancte Romane ecclesie cardinalibus de cetero^e nullatenus committantur et commissiones sint nulle, si fuerit contrafactum.

^a Quod - cardinalibus VL 3884

^b quibusvis VL 6343 quibus ius

^c redditus fehlt VL 3884

^d de Camera fehlt VL 3884, Paris 4172

^e de cetero fehlt VL 3884

DE EXECUTORIALIBUS LITTERIS SUPER SENTENTIIS^a.

(TA 36) Et quoniam frustra ferrentur sententie, nisi essent, qui exequerentur^b easdem, et in habendis litteris executoriis sub bulla quandoque duorum vel trium mensium dilationes fuerint, pro quibus expediendis occurrunt graves expense, que aliquando ad XV, aliquando ad^c XVIII florenos ascendunt, et notarii dicte sedis, qui illarum minutas deberent conficere, non conficiunt, sed per suos abbreviatores, quorum aliqui sunt minus periti, fieri faciunt, et cum^d illas quandoque non bene^e conficiunt, ad peritiores oportet habere recursum, et sic partes ipsas executorias prosequen(tes) plus oportet exponere, quam ab antiquo consuetum sit solvere, et qui non laborant, plus salarii accipiunt, unde partes cum magna temporis^f dilatione, plusquam deceat, gravantur laboribus et sumptibus in earum prosecutione, qui^g in expensarum taxatione non veniunt, nos ad evitandum huiusmodi inconvenientiam et, ut partes in procurandis predictis executoriis opportunum percipiant^h relevamen, statuimus et etiam ordinamus, quod sit in electione partis, si velit habere sub bulla simplicem litteram executoriam sive confirmationem sententie, queⁱ in effectu continentⁱ, quod in causa, que inter tales partes super tali re vertebatur, lata fuit per talem iudicem seu tales iudices^k talis sententia, cuius effectus ponatur in littera et mandetur executoribus, quod sententiam ipsam debite executioni demandent^l ac talis littera non taxetur ultra XII grossos Turonenses. Si vero pars malit^m habere executoriam cum confirmatione sententie iuxta morem, quia tunc in confectione minute maior labor occurrit et necessarium est totum processumⁿ cause recensere^o, servetur, quod hucusque extitit observatum, ita tamen quod, cum^p confectio minutarum, que concernunt iustitiam, ad notarios ipsos pertineat et propter hoc salarium habeant^q, minute per eos fiant vel expensis eorum. Et hoc^r idem in omnibus aliis litteris iustitie et provisionum^s ad ecclesias cathedrales et monasteria quelibet factarum et fiendarum^t in consistorio nostro, que per manus ipsorum notariorum transeunt, precipimus observari.

-
- ^a De executorialibus litteris super sententiis VL 6343; **BL 2825, Paris 4172 nichts**
^b exequerentur VL 3884 assequerentur
^c ad *fehlt* VL 6343
^d cum VL 3884 tamen
^e bene *fehlt* VL 3884
^f temporis *fehlt* VL 3884
^g prosecutione qui VL 3884 procuracione quam
^h percipiant VL 3884 recipiat
ⁱ que VL 3884 quam
^j continent Paris 4172 contineat
^k tales iudices *fehlt* VL 3884
^l demandent VL 6343 demandetur; Paris 4172 demandet
^m malit VL 3884 maluerit
ⁿ in confectione - processum *fehlt* VL 3884
^o recensere VL 3884 recense
^p cum *fehlt* VL 3884
^q VL 3884 *folgt* et
^r hoc *fehlt* VL 3884
^s et provisionum VL 3884 ad provisionem
^t VL 3884 *folgt* ut

(TA 37) Verum, quia intelleximus, quod procuratores, qui causas, super quibus expediuntur executorie littere, in iudicio in eadem curia egerunt et defenderunt, quando littere huiusmodi in dicta^a Audientia^b contradictarum leguntur, ubi^c ipsi procuratores intersunt, mediam partem taxe dictarum litterarum executoriarum de novo a partibus nituntur^d exigere et sepe exigunt, illud reputantes^e abusum fieri prohibemus, volentes eosdem procuratores communi salario pro aliis in dicta Audientia legendis litteris^f, quando ibidem intersunt, esse contentos, nisi forsitan ipsi per totum^g huiusmodi litteram executoriam procuraverint, quo casu competens salarium^h a partibus petere et recipere possint, secundum quod in taxationibus prefati Iohannis XXII predecessorisⁱ habetur.

-
- ^a in dicta VL 3884 eadem
^b VL 3884 *folgt* litterarum
^c ubi VL 3884 nisi
^d nituntur VL 3884 mittant
^e reputantes VL 3884 reputandum
^f legendis litteris VL 3884 litteris legendum
^g per totum VL 3884 procuratores
^h quo casu - salarium VL 3884 de novo
ⁱ VL 3884 *folgt* nostri

(TA 38) Ceterum, cum sepe contingit, quod in omnibus diebus unius hebdomade, quibus teneri solet Audientia, et aliquando in duabus coniunctis^a hebdomadis ferie celebrantur, unde lites prorogari contingit, statuimus et etiam ordinamus, ut, quotienscumque^b in una hebdomada tres illi dies, quibus teneri solet Audientia, fuerint quomodolibet feriati preterquam in octavis nativitatis et resurrectionis Domini nostri videlicet VII diebus ante et VII^c

post, die iovis in hebdomada tali, si illa dies^d feriata non fuerit, alioquin die sabbati Audientia teneatur¹. Nulli ergo etc. Datum Rome apud sanctum Petrum^e.

Publicata in Audientia contradictarum, kalendis martii anno VI²,
Io(hannes) Ostiensis^{f3}.

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 93.

² 1423 März 1.

³ Johannes de Broniaco.

^a coniunctis fehlt VL 3884

^b quotienscumque VL 3884 quando

^c VII Paris 4172 septem

^d illa dies fehlt VL 3884

^e apud - Petrum fehlt VL 3884

^f Publicata - Ostiensis BL 2825 am linken Rand, fehlt VL 6343; Iohannes Ostiensis fehlt VL 3884

Berlin 129, fol. 130r-132v; **Berlin 661**, fol. 1r-6v; **Arm. 82**, fol. 204v-211r; **Reg. Lat. \$\$\$**; **Reg. Vat. \$\$\$**; **BL 2825**, fol. 148r-151r; **BL 2850**, fol. 137r-141r; **PL 647**, fol. 86r-99r; **Ross. 1035**, fol. 8r-12v; **VL 2665**, fol., 156r-160v; **VL 3983**, fol. 111v-116r; **VL 4990**, fol. 15r-17v; **VL 6343**, fol. 137v-141v; **Firenze 103**, fol. 20r-23r; **Hannover 176a**, fol. 175r-178r; **Kassel 58**, fol. 268r-271r; **München 14875**, fol. 196r-203r; **Paris 4172**, fol. 184v-191r; **Wien 5474**, fol. 137r-141r (nicht kollationiert); (nur DL ohne Nr.: RV 358, Prag 53); **Druck:** Quellen zur Kirchenreform im Zeitalter der großen Konzilien des 15. Jahrhunderts, Zweiter Teil: Die Konzilien von Pavia/Siena (1423/24), Basel (1431-1449) und Ferrara/Florenz (1438-1445), ausgewählt und übersetzt von Jürgen MIETHKE und Lorenz WEINRICH, Darmstadt 2002, S. 152-163, mit Angaben zur weiteren Überlieferung, aber ohne Benutzung zuverlässiger Textzeugen; Materialien zur Geschichte des fünfzehnten, des sechzehnten Jahrhunderts, hg. von Johannes Josef Jürgen von DÖLLINGER (= Beiträge zur politischen, kirchlichen und Cultur-Geschichte der sechs letzten Jahrhunderte 2), Regensburg 1863, S. 333-344 (nach München 14875); **Teildruck:** TANGL, KO S. 162-165 Nr. 33 (nach BL 2825); **Regest:** HOFMANN, Forschungen 2 S. 9 Nr. 33¹. Die Gliederung entspricht dem, wie es sich mit rubrizierten Initialen in Paris 4172 vorfindet.

Die stark verblassten Teile in BL 2825 am 23.10.15 durchgesehen und grau markiert.

MARTINI V PAPE CONSTITUTIO DE CARDINALIBUS, PROTONOTARIIS, ABBREVIATORIBUS ETC.^a

DL 4. Sanctissimus dominus noster papa dominus Martinus V^b frequentibus infra^c sue mentis armarium revolvens studiis, quod rerum opifex omnium de summa sue providentie specula ad eum sue pietatis oculos dirigens, ut sacrosancte, quam sua gloriosissimi aspersione sanguinis fundavit, consecravit ac eternaliter stabilivit regimini preesse^d, ecclesie et illius adolescentularum cunctarum videlicet gereret curam ecclesiarum, ipsum ad summi

¹ Vgl. dazu Brigit STUDDT, Papst Martin V. (1417-1431) und die Kirchenreform in Deutschland (= Forschungen zur Kaiser- und Papstgeschichte des Mittelalters 23), Köln 2004, S. 374 ff.

stationem pontificii conscendere voluit, post susceptum ab eo apostolice servitutis iugum ad hoc nullis indulgens vigiliarum sollicitudinibus, nullis parcens laborum sarcinis, suos continuo cogitatus diffundit sui que ministerii dona solertius impendit, ut ecclesie ipse lugubres^e presertim, quo novissime subiacebant pestiferi schismatis fluctibus temporis cursu, multiplicibus concusse dispendiis et variis obrute iacturis, sui ope presidii votivis deinceps congratularentur eventus, ipsis quoque^f presidentes et eorum^g ministri per laudabilium exercitia operum preclaraque proceden(tia) vite merita et excussis, que note fuerint existentia, iugiter contingerent salutare^h et, ut sui pateant desuper vota cordis licet sanctorum perstringere volentes instituta patrum, quid pro ecclesieⁱ religionis expediat propagatione felici, quid statui conveniat **sub illa** militantium quorumlibet, ac illi qualiter ad propriam et quorum exemplar sunt, aliorum edificationem suos gressus et actus conectere^j debeant, passibus elicere possint tam provide lateque dispersis. Ipse tamen sanctissimus dominus noster inter multifarias^k et pene innumerabiles, quibus indesinenter pro negotiorum qualitatibus obsidetur, rerum curas pro sibi crediti directione gregis novos, ut singulorum recentius^l pectoribus inhereant, a<d>monitionis^m modos exquirereque futurumⁿ opportunumque^o fore recensens, que inferius seriatim descripta sunt, auctoritate apostolica statuit et ordinavit ac vult et in antea mandat irrefragabiliter observari.

^a **Martini V pape constitutio de cardinalibus, protonotariis, abbreviatoribus etc. nach Döllinger**; VL 6343, *Paris 4172* Reformationes per dominum nostrum Martinum papam V (*Paris 4172* quintum) in Urbe pontificatus sui anno VIII facte

^b V *Paris 4172* quintus

^c infra *Paris 4172* intra

^d presse *Paris 4172* presset

^e lugubres *Paris 4172* lugubrosi

^f ipsis quoque *Paris 4172* ipsisque

^g eorum *Paris 4172* earum

^h salutare *Paris 4172* salutarem

ⁱ ecclesie *Paris 4172* ecclesiastice

^j conectere *Paris 4172* convertere

^k multifarias *Paris 4172* multipharias

^l recentius *Paris 4172* retencius

^m a<d>monitionis *Paris 4172* ammonitionis

ⁿ exquirereque futurum *Paris 4172*, *Miethke/Weinrich* exquirere profuturum

^o *Döllinger* optimumque

DE CARDINALIBUS ET ALIIS PRELATIS^a.

(DL 5) In primis, cum vilissimus sit reputandus^b, qui est honore prestantior, nisi alios sanctitate precellat, prefatus dominus noster statuit et ordinat ac hortatur et monet, quod quilibet dominorum cardinalium studeat munditia vite alios precellere ac iuxta doctrinam apostoli sobrie, iuste et pie vivere in hoc seculo abstinereque non solum a malo, sed ab

omni specie mali et sic lucere coram hominibus, ut glorificent Deum ex operibus eorum, aperte predicens eisdem, quod, si quis eorum vitam tanto statui non congruentem ducere compertus fuerit, contra eum procedere non differret taliter, quod cedat aliis in exemplum.

^a De cardinalibus et aliis prelati VL 6343

^b sit reputandus Paris 4172 computandus sit

(DL 6) Item, cum nihil splendidius fulgeat in vertice presidentis quam humilitas, studeant prelatos et alios notabiles viros benigne et honorifice pertractare tam publice quam private secundum diversitatem statuum^a eorundem.

^a secundum diversitatem statuum VL 6343 statum

DL 7. Item, cum providenda sint bona non solum coram Deo, sed coram omnibus hominibus, quilibet dominorum cardinalium sue domui se bene propositum esse ostendant^a et familiam honestam tam clericorum quam laicorum teneant^b cum honestis vestibus incedentem, sacerdotes et levitas in testimonium bonum secum habeant attenteque provideant, quod nullus de eorum familia beneficium habens ecclesiasticum portet libratam^c (!) diversorum colorum nec vestes virgatas, portitas aut surpatas, sed in habitu honesto cum vestibus protendentibus^d se usque ad genu et ultra modeste incedat. Si quis autem familiarium predictorum^e contrafecerit et per sex menses huiusmodi libratam sive vestes prohibitas deferre compertus fuerit, fructu^f beneficiorum, que obtinet, per annum privetur. Qui vero pertinaciter huiusmodi vestes sive libratam diversi coloris portare continuaverit, eo ipso sit privatus beneficiis quibuscumque. Que omnia et singula vult idem dominus noster extendi ad familiares cuiuscumque Romani pontificis.

^a ostendant BL 2825, Paris 4172 ostendat

^b teneant BL 2825 teneat?

^c libratam BL 2825 libratas

^d protendentibus BL 2825, Paris 4172 pretenduntibus

^e predictorum BL 2825 eorundem

^f fructu BL 2825 fructibus

DL 8. Item, ut prefati domini cardinales liberius assistere valeant eidem domino nostro in consilio et aliis actibus, prefatus dominus noster statuit et ordinavit^a, quod nullus de cetero dominorum cardinalium protectionem alicuius regis, principis aut comitis, tyranni aut alterius secularis persone sibi vindicare presumat aut protectionis huiusmodi solitum officium etiam iam assumptum exercere. Pro protectione quoque religionum ordinum quorum-

cumque aut personarum particularium eorundem cuiuscumque speciei, qualitatis vel quantitatis nihil pecunie recipiatur etiam a sponte offerentibus.

^a ordinavit *Paris 4172* ordinat

DL 9. Item, quod^a nullus dominorum cardinalium presentet aliquam supplicationem domino nostro, nisi pro pauperibus vel pro persona sua servitorum, consanguineorum vel affinium aut familiarium eorundem.

^a quod *fehlt VL 6343*

DL 10. Item, quod prefati domini cardinales, cum ad Palatium equitant vel se ipsos visitant aut in aliquo loco ad festum alicuius sancti aut aliqua^a quacumque causa conveniant, ultra XX familiares clericos et laicos continuos commensales equites secum non ducant.

^a aliqua *Paris 4172* alia

DL 11. Item, quod in presentia pape non portent cappam vel aliam vestem superiorem coloris rubei.

DL 12. Item licet domini cardinales non possint commode omnes de presenti in eorum titulis residere, ut sanctorum tamen loca non remaneant penitus deserta, sed in memoriam primitivi status ecclesie et firmitatem fidei conserventur et augeantur, idem dominus noster statuit et ordinavit, quod quilibet dominorum cardinalium ecclesiam tituli sui, seu in qua cardinalis intitulatus est, iuxta posse suum reparare procuret et inibi cultum divinum efficaciter servari et augmentari per religiosos devotos aut alios clericos honestos.

DL 13. Item similiter in ecclesiis ac monasteriis sibi commendatis omni excusatione remota teneant congruum numerum canonicorum vel monachorum, qui Deo laudabiliter serviant in divinis. Edificia quoque et possessiones et iura in statu convenienti conservent, prout commendatarum eorum^a officio incumbit.

^a commendatarum eorum *Paris 4172* commendatorum

DE PROTONOTARIIS^a.

DL 14. Insuper, quia officium protonotariorum in Romana curia et Dei ecclesia honorabilem locum tenet, nimia multitudine vilescere non debent et propterea antiqui patres septem

tantum statuerunt protonotarios, quorum primus est dominus^b vicecancellarius Romane ecclesie, reliqui vero, qui hodiernis temporibus protonotarii nuncupantur, et, quia ad presens sunt plures quam quadraginta per diversa mundi loca nec possibile esset sine iniuria multorum ad antiquum numerum reducere, prefatus dominus noster statuit et decrevit, quod nulli deinceps creentur protonotarii, quousque numerus prefatus ad antiquum numerum sit reductus.

^a De protonotariis VL 6343

^b dominus *fehlt* VL 6343

DL 15. Item, quoniam^a ex multiplici protonotariorum numero nonnunquam in capella pape vel ecclesiis, ubi prelati ad missam generaliter conveniunt, preoccupantur sedes adeo, quod sedentibus ambassiatoribus et protonotariis, auditore contradictarum et correctore litterarum apostolicarum capella non est capax prelatorum venientium, ordinat sanctissimus dominus noster, quod die, qua prelatos in capella congregari oportebit, ut prefertur, in sedendo solum tres protonotarii, auditor et corrector predicti prelatos precedant. Qui autem sint protonotarii tres predicti^b ordinetur per ipsosmet vel per dies vel per septimanas vel menses. Ceteri vero protonotarii, sive de numero septem fuerint, sive non^c, si sedere voverint, tribus eorum precedentibus, ut prefertur, ceteri sedeant post omnes episcopos consecratos.

^a Item, quoniam BL 2825 Et quem...m; Paris 4172 Et q(uonia)m

^b predicti Paris 4172 predicte

^c fuerint sive non Paris 4172 sive non fuerint

DL 16. Item, quia, ut predicatur, dictum officium protonotariorum honorabilem tenet sedem habentque protonotarii circa iustitie facta vacare in Cancellaria, statuit idem dominus noster, quod nullus deinceps etiam post reductionem numeri protonotariorum creetur, nisi sit doctor vel licentiatus in altero iurium. Poterit tamen dispensari intra numerum septem protonotariorum, quod unus eorum non sit doctor vel licentiatus, dum tamen sit legitimus et illustris prosapie ex utroque parente.

DL 17. Item, quia indecens est, quod protonotarii, qui in habitu prelationis incedunt cum cappa et roqueto, postmodum ad vota transeant laicalia quodam modo in ludibrium ecclesiastice honestatis, statuit idem dominus papa^a, quod deinceps nullas cappa aut roqueto ratione dicti officii protonotariatus investiatur, quousque saltem in subdiaconatu constitutus

existat. Et qui hactenus non sunt in sacris, nisi infra sex menses saltem subdiaconatus ordinem receperint, eo ipso sint privati officio predicto.

^a papa fehlt Paris 4172

DL 18. Item statuit et ordinavit idem dominus noster, quod protonotarii, cum extra curiam Romanam accedunt, ut honestatem et honorificentiam conservent sue debitam dignitati in habitu honesto et decenti, saltem cappa vel clochia aut alio mantello honesto et cum roqueto incedant, dum equitant, ne ille, qui visus est circa papam^a in curia in habitu prelationis in sede, postea indecenter incedere videatur.

^a papam VL 6343 korrigiert aus cappam

DL 19. Item, cum protonotarii sint veri notarii sedis apostolice, quibus ex nomine et natura officii incumbit seu etiam incumbere deberet recipere et conficere instrumenta de actibus, qui coram domino nostro papa fiunt, statuit et ordinat idem dominus noster, quod deinceps instrumenta de actibus coram domino nostro papa fiendis per protonotarios et clericos Camere et ipsius domini nostri secretarios tantummodo expediantur quodque instrumentis per alios qualescumque notarios de dictis actibus seu contractibus conficiendis nulla fides adhibeatur et tamquam scripture private habeantur, cum per hoc evitentur multe requisitiones et protestationes secrete, quas aliqui, dum veniunt ad conspectum domini nostri, primo secrete requirunt notarios ignotos, quod de actibus per eos fiendis conficiant instrumenta et dum eorum petitiones seu protestationes creduntur verbales, extrahi faciunt instrumenta, que in diversis mundi partibus sedem apostolicam et summum pontificem scandalizant.

DE ABBREVIATORIBUS PROTONOTARIORUM^a.

DL 20. Item, quia ex constitutionibus Iohannis XXII¹ quilibet protonotarius suum debet habere abbreviatorem sufficientem et idoneum et huiusmodi abbreviatores debent facere minutas promotionum, pro quibus tantum^b recipere debent dicti abbreviatores XII grossos Turonenses pro minuta principalis promotionis et XII^c alios grossos pro minuta littere ad regem vel principem secularem, si ecclesia vel monasterium existat in dominio temporali alicuius domini, et pro conclusione cuiuslibet minute aliarum litterarum debet idem abbreviator habere duos grossos tantum expen(se) protonotar(ii), cuius abbreviator est, statuit

¹ Vgl. Johannes XXII. Nr. 52(1) ff.

et ordinat idem dominus noster, quod iidem protonotarii abbreviatores recipiant idoneos et sufficientes tam ad premissa quam ad iustitiam, de qua infra dicetur, peritos, qui, si non fuerint tales, per dictum vicecancellarium vel eius presidentem repellantur, terminusque protonotariis taliter^d ponendi prefigatur, infra quem alium idoneum ponere debeat, quo negligentia elapso vicecancellarius provideat in premissis.

^a De abbreviatoribus protonotariorum VL 6343

^b tantum *fehlt Paris 4172*

^c XII *Paris 4172* duodecim

^d taliter *BL 2825, Paris 4172* talem

DL 21. Item, quod dicti abbreviatores pro eorum labore nihil ultra exigant a partibus quam id, quod supradictum est secundum taxam Iohannis XXII predictam quodque, si eorundem abbreviatorum culpa littere fiant rescribende, quod rescriptio eorum sumtibus fiat et non partis.

DL 22. Item, cum singuli abbreviatores protonotariorum per quindecim dies habeant tenere cameras de iustitia, pro quibus ante omnia de emolumentis ad dictos protonotarios ex ipsa iustitia provenientibus^a abbreviator tenens quindecim recipit XVIII^b grossos papales, idem dominus noster statuit et ordinat, quod dicti abbreviatores diligenter et sollicite et per se ipsos dictum officium exercent nihilque a partibus exigant nec eas in longum protrahant, sed illas celeriter expediant.

^a provenientibus *fehlt Paris 4172*

^b XVIII *BL 2825* viginti octo; *Paris 4172* XXVIII

DL 23. Item, quia protonotarii debent corrigere minutas promotionum seque a tergo litterarum apostolicarum^a subscribere et propter hoc salarium seu taxa recipitur, ordinat idem dominus noster, quod huiusmodi abbreviatores minutas tradere debeant corrigendas protonotariis, antequam littere grossentur quodque, si ex defectu protonotarii corrigentis rescribende veniant littere, quod sumtibus protonotarii corrigentis rescribantur et quod pro huiusmodi correctura nihil ulterius a protonotari(is) exigatur, quam sit consuetum iuxta taxas antiquas dicti Iohannis XXII.

^a apostolicarum *fehlt Paris 4172*

DL 24. Item, quod executorie sententiarum quarumcumque nullatenus deinceps expediantur sub sigillis auditoris^a, sed quod expediantur per Cancellariam et transeant sub bulla.

^a auditoris *BL 2825, Paris 4172* auditorum

DL 25. DE ARCHIEPISCOPIS ET ALIIS PRELATIS^a.

Preterea, quod quilibet archiepiscopus et episcopus infra suam civitatem vel diocesim, abbas vero et cuiuslibet monasterii ac religiosi loci prelatus in huiusmodi suo monasterio sive loco resideat nec abinde ad secularium principum vel dominorum curias, nisi ex officio sue, cui prefuerit, dignitati annexo id specialiter sibi incumbat vel litterarum studium etiam in loco, ubi illud generale vigeat, seu aliorum preterquam pro huiusmodi sue dignitatis iurium conservatione vel exequenda illius, sub cuius dominio sibi ratione dignitatis eiusdem temporalia debita sint, principis, qui congruerit, legationi (!) residendi vel manendi causa se divertat nec pro iurium etiam in Romana curia prosequenda conservatione vel legationis huiusmodi directione absque speciali et expressa Romani pontificis, de qua suis litteris constet, licentia ultra sex mensium spatium infra eundem annum quomodolibet se absentet, alioquin singulis, quibus huiusmodi non obtenta licentia per simile spatium se absentaverit, annis omnium et singulorum, que alias sibi debita forent, fructuum, reddituum, proventuum et emolumentorum ratione huiusmodi sue dignitatis interim provenientium tertiam perdat partem fabricae ecclesiae dignitatis eiusdem integraliter applicandam et, si huiusmodi, quod absit, preter licentiam premissam eius absentia per octo menses continue^b vel interpolatim anno quocumque contigerit, eum veluti vagum et inutilem ab omni, quod sibi ratione dignitatis huiusmodi competierat^c, officio noverit se suspensum. Abbas vero et alter prelatus monasterii sive religiosi loci cuiuslibet similiter suspensus sit, qui discreta a suo conventu bona non habet, si^d sine licentia predicta per huiusmodi sex mensium spatium quovis anno se a dicto suo monasterio sive loco duxerit absentandum.

^a De archiepiscopis et aliis prelatibus *VL 6343*

^b continue *Paris 4172* continuo

^c competierat *BL 2825, Paris 4172* competierit

^d habet si *BL 2825, Paris 4172* habens; si *fehlt VL 6343*

DL 26. DE CONCILIIS PROVINCIALIBUS^a.

Porro, ut per frequentem provincialium conciliorum celebrationem nervus ecclesiasticae^b discipline peramplius vigeat et solidetur, metropolitani quique in congruo ac securo sue provinciae loco de triennio in triennium accersitis convocatisque suffraganeis suis et aliis, qui de iure vel consuetudine ad id vocandi fuerint, provinciale concilium celebrent, quo circa reformandos subditorum mores, reprimendos et corrigendos eorum excessus, con-

servandos et dirigendos personarum nec non rerum bonorumque ecclesiasticorum, statum ac immunitatem divinique cultus augmentum et alia proponenda instituendaque salubria tractatus et indagines fiant congruentes. Qui vero ex metropolitanis ipsis post cuiusvis triennii decursum impedimento cessante legitimo concilium huiusmodi celebrare distulerit, si per annum omnia et singula, que ei interim ratione sue, cui prefuerit, ecclesie alias obvenire possent et que fabrice ecclesie applicentur, eiusdem fructus, redditus, proventus et emolumenta prorsus^c amittat et, si per biennium id omiserit, excommunicationis, a qua ab alio quam a^d Romano pontifice preterquam in mortis articulo constitutus absolvi non possit, sententiam incurrat. Suffraganei vero singuli, qui ab huiusmodi suis metropolitanis rite convocati loco et tempore congruis ad premissum, cui interesse deberent, concilium venire neglexerint sive non intraverint^e, prepetitionem canonicam non habentes pro prima a pontificali officio suspensi sint et pro secunda vicibus negligentie huiusmodi predictam, a qua alias quam, ut prefertur, absolvi non possint, sententiam incidant eo ipso.

^a De conciliis provincialibus VL 6343

^b nervus ecclesiastice BL 2825 ecclesiastice nervus; VL 6343, Paris 4172 ecclesiasticus nervus

^c et emolumenta prorsus fehlt VL 6343

^d a fehlt Paris 4172

^e intraverint Paris 4172 curaverint

DL 27. Ceterum, ut monasteria et religiosa queque loca ad divine laudis religionisque propagationem in suis alumnis potiores efferant ubique fructus, singuli abbates et alii ditorum monasteriorum locorumque religiosorum prelati in huiusmodi suis monasteriis et locis iuxta foundationes eorum, ut saltem, quod^a de ipsorum proventibus congrue sustentari possint, personas regulari castimonie deditas recipere tenereque studeant et procurent, alioquin ad id, si exempti sint, apostolica, vel^b ordinaria per locorum diocesanos possint et debeant auctoritate compelli.

^a quod Paris 4172 quot

^b vel Paris 4172 alias

DL 28. Sane prelatus aliquis salubriaque ordines singulaque ecclesiastica beneficia et ministeria gratis conferre^a disponunt, sanctiones instituta, sub quorum^b status, honoris animeque periculo transgredi non presumant, nec in recipiendis, que ratione sigilli sui proveniunt, emolumentis quomodolibet excedat et ne pro expiandis subditorum processibus^c per condemnationes, que succedunt, exinde privata questus et lucra sectari et eorundem subditorum peccata in vetitum sibi cibum depascere iudicetur, prelatus quilibet omnis cupiditatis noxiique effectus^d illectione cohibita omnes et singulas^e, que sibi ex huiusmodi con-

demnationibus^f obvenerint pro tempore multas pecuniariasque penas, prout iura dictant et exigunt, dispensare et dirigere et, ad quos destinande sunt^g, usibus applicare procuret, si omnipotenti Domino, cui strictam de eis in tremendi^h examine iudicii rationem redditurus est, gratificari delegerit et divinam **effugere voluerit** ultionem, nec quispiam suorum officiorum, secretariorum, notariorum sive clericorum pro aliqua super collatione clericalis tonsure seu cuiusvis etiam sacri ordinis litteraⁱ ultra duos grossos papales, quorum decem faciunt unum florenum de Camera, sive illorum valorem petat vel recipiat quoquo modo, hoc potissime sub interminatione maledictionis interdicat et prohibet eterne, ne prelatus aut eius officialis quicumque reflexu vel spe per eum sive suo nomine recipiende cuiusvis executionis ante vel in tempus dilate suorum subditorum processus^j correctione dignos tollere^k vel dissimulet aut impunitatem illis prestat seu correctionem huiusmodi procelet quomodo libet vel suspendat.

^a conferre *Paris 4172* conferri

^b quorum *Paris 4172* sorum

^c processibus *Paris 4172* excessibus

^d effectus *Paris 4172* affectus

^e singulas *Paris 4172* singulos

^f condemnationibus *VL 6343* condemnationis

^g sunt *Paris 4172* sint

^h tremendi *Paris 4172* terrendi

ⁱ littera *fehlt VL 6343*

^j processus *Paris 4172* excessus

^k tollere *Paris 4172* tolleret

DL 29. Verum, quia prelatorum lapsus ad lubricitatis aculeos et quevis fragilitatis precipitia execrabilem subditis congerit incentivum, prelati quique, presertim episcopi, abbates alique superiores, ut corde sereno immaculatisque Domino manibus sacrificia dent^a et perniciosum ad eis creditos exemplum non transmittant, propulsisque contagionis et offensionis fomentis^b, caste, sobrie et honeste vivere studeant et, ne sub pietatis aspectu libidinis impie fiscus^c obrepat, feminarum quarumlibet conversationem et frequentiam evitent et nullatenus concubinam teneant, episcopi, abbates et superiores prelati huiusmodi privationis, quibus pre fuerint, dignitatum, si concubinarii publici convinci possint, penam incursum.

^a dent *fehlt VL 6343*

^b fomentis *Paris 4172* fuerint

^c fiscus *VL 6343* vistis?; *Paris 4172* vistus

DL 30 (1). Et quia, dum ecclesiarum ministros habitus incessusque decentia non attollit, quasi colore digresso eorum ante humanos oculos reverentia pallescit, nullus prelatorum

rubei vel viridis coloris vestes portet nec quisquam pontificum, nisi regularis sit, sine roqueto publice hominum conspectui se presentet nec ipsorum prelatorum aliquis in civitatibus sive notabilibus oppidis vel castris absque capello sue dignitati congruo, nisi armorum exercitiis necessario intersit, equester incedat seu quemcumque secum beneficiatum clericum in scutiferi habitu teneat. Qui vero beneficiatus clericus, «si» virgati^a, frappata vel partita seu quibusvis texturis aut diversorum colorum ornatibus variata vel breviori, quam ultra eius genua protendant, veste preterquam itineris, cui immoretur, vel alia rationabili causa, publice deinceps uti compertus fuerit, a beneficiorum, que obtinuerit, fructuum perceptione per annum suspensus et, si vestem ipsam alias per sex menses gestare presumpserit, huiusmodi beneficiis privatus existat eo ipso.

^a virgati *Paris 4172* virgata

DL 30(2). Preterea, ut fructus emolumentaue ecclesiastica eis, quibus debita fuerint, proveniant et aliis cum suarum periculo animarum illa sortiendi via precludatur, prelati et quarumlibet ecclesiarum capitula, nisi aliud eis de speciali privilegio, concessione vel indulto aut consuetudine, antequam felicis recordationis Gregorius pape XI rebus eximeretur humanis, legitime introducta desuper competierit, quosvis fructus, redditus aut proventus primi anni quorumcumque vacantium pro tempore beneficiorum ecclesiasticorum nullatenus sibi vendicent aut usurpent, sed omnes illi relinquuntur et cedant integraliter eis, ad quos huiusmodi beneficia pertinerint, ipsorum ac dictorum beneficiorum usibus omnino profuturi. Rationabilia tamen, que huiusmodi fructus, redditus et proventus fabricis ecclesiarum applicari provenireque disponunt et quibus per hoc idem dominus noster derogare non intendit, ecclesiarum ipsarum statuta et consuetudines observentur.

DL 30(3). Rursus, quia nonnumquam eos, qui ecclesiasticorum prelatorum carceribus mancipantur, circa faciendum^a de expensis, quas inibi fecisse dicuntur, refusionem nimium gravari illasque plus debito frequentius extimari contingit, cuiuslibet ipsorum prelatorum conscientias in hoc sub obtestatione divini iudicii strictius onerat, ne pro huiusmodi expensis a quoquam ibidem incarcerato plus petat, exigat vel recipiat nec a sui carceris custode vel ministro peti, exigi, recipere permittat, quam id dumtaxat, quod pro huiusmodi incarcerato et ad ipsius opus iuxta assertionem custodis sive ministri eiusdem sue corporali iuramento vallatam rationabiliter inibi expositum fore constiterit eis, que a parentibus et

amicis aliisque fidelibus oblata sint minime computata, precipientes^b ad idem per soldanum Romane curie circa eius officium irrefragabiliter observari.

^a faciendum *Paris 4172* faciendam

^b precipientes *Paris 4172* precipiens

DL 31. DE TABELLIONIBUS^a.

Profecto, quia circa tabelliones publicos, ut suum legaliter et fideliter officium exercere possint, ne dum^b vite morumque honestas, sed que per ipsorum^c incrementa succedunt, industria et gravitas multipliciter expectantur, nulli etiam apostolica vel alia quavis auctoritate tabellionatus committatur officium, nisi qui competentis litterature honesteque conversationis^d et vite ac laudabilis testimonii sit et XXV^e peregerit sue etatis annum, omnibus nihilominus et singulis, que super premissis aliter disponunt, iuribus^f canonumque statutis in suo robore permansuris.

^a De tabellionibus *VL 6343*

^b ne dum *Paris 4172* nedum

^c ipsorum *BL 2825, Paris 4172* temporum

^d conversationis *VL 6343* conservationis

^e XXV *BL 2825* vicesimum quintum

^f iuribus *BL 2825* viribus

DE MENSIBUS ORDINARIIS CONCESSIS^a.

	<i>RV 358.</i>
	Martinus etc. ^b Ad futuram rei memoriam. Dudum inter ceteras constitutiones et ordinationes per nos in favorem venerabilium fratrum nostrorum et dilectorum filiorum prelatorum ac aliarum personarum ecclesiasticarum super conferendis beneficiis ecclesiasticis editas et in libro apostolice Cancellarie descriptas quandam constitutionem et ordinationem fecimus et in eadem Cancellaria publicari mandavimus, cuius tenor sequitur in hec verba.

(Döllinger ohne Nr.) Item prefatus dominus noster volens se prelati et aliis personis ecclesiasticis in conferendis beneficiis reddere gratiosum universis et singulis, ad quos

quorumlibet dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium et regularium collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio quomodolibet pertinet, de huiusmodi dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis ubilibet preterquam in ea, apud quam sua cum Romana curia residentia fuerit, natione consistentibus, que usque ad quinquennium a dat(a) publicationis presentium computandum in singulis martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit et que tunc dispositioni apostolice generaliter reservata non fuerint, etiam perinde, ac si alie reservationes apostolice non essent, rite disponendi plenam et liberam concedit facultatem. Omnes quoque per eum quibusvis ordinariis, prelatibus et ecclesiasticis personis super conferendis auctoritate apostolica post eorum nominationes sive electiones beneficiis ecclesiasticis concessas hactenus facultates nec non huiusmodi nominationes sive electiones de personis quibusvis in vim earum quomodolibet factas, etiamsi persone ipse in ecclesiis aliquibus propterea in canonicos hactenus recepte sint, in quantum illis exinde^c nondum est^d in re licet ad rem in beneficiis quibuslibet ius quesitum, ex nunc auctoritate predicta revocat nec non cassat et irritat ac nullius vult existere firmitatis, decernens irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud sanctos Apostolos, idus^e aprilis anno octavo¹.

Placet, quod publicentur et ponantur in libro Cancellarie, O<ddo>.	Nos igitur intendentes, ut huiusmodi constitutio et ordinatio ad omnium notitiam deducatur et ab omnibus observetur, illam presentibus de verbo ad verbum inseri et annotari fecimus, ut prefertur, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod te-
Publicate et lecte sunt predicte constitutiones me presente in Cancellaria, XVI kalendas maii anno octavo ⁴ , Io<hannes> Ostiensis ⁵ vicecancellarius ^f .	

¹ 1425 April 13.

⁴ 1425 April 16.

⁵ Johannes de Broniaco.

<p>Publicate et lecte sunt predicte constitutiones me Petro Nardi⁶ auditore presente in Audientia contradictarum, die XVII aprilis pontificatus⁹ sanctissimi domini nostri anno octavo⁷, P^{etrus} Nardi predictus.</p>	<p>nor predictus eandem vim eundemque vigorem obtineat et ei in iudicio et extra, ubicumque presentes littere exhibite fuerint vel ostense, stari et plenaria fides adhiberi debeat in omnibus et per omnia, ac si predicte originales constitutio et ordinatio forent exhibite vel ostense. Nulli ergo etc. nostre annotationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud sanctos Apostolos, quartodecimo kalendas aprilis anno nono². Iacobus³ de Cerretanis³.</p>
--	--

⁶ Petrus Nardi.

⁷ 1425 April 17.

² 1426 März 19.

³ Iacobus de Cerretanis.

^a De - concessis VL 6343

^b RV 358 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolician. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano)

^c exinde RV 358 ex illis

^d est fehlt Paris 4172

^e idus VL 6343 zu idibus verbessert

^f vicecancellarius fehlt Paris 4172

⁹ pontificatus BL 2825 ein waagrechtlicher Strich, folgt prefati; Paris 4172 prefati

Arm. 82, fol. 218r-219r; **RL 272**, fol. 275v-276v (**Bilder bestellen**); **BL 2825**, fol. 155v-156r; **BL 2850**, fol. 145v-146v; **VL 6343**, fol. 146r-146v (nicht kollationiert); **Paris 4172**, fol. 198v-199; **Teildruck**: HOFMANN, *Forschungen* 2 S. 10 Nr. 37; **Regest**: TANGL, *KO* S. 165 Nr. 34.

ME 56. PRIVILEGIUM SCRIPTORUM, QUOD HABENTES DUO LOCA SUCCEDANT IN ALTERA^a.

Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad futuram rei memoriam. Sicut prospiciens regimen domus sue prudens paterfamilias singula, que profutura cernit, sub recto circumspectionis disponit et ordinat arbitrio, ita et nos, si, quando internum ad officarios et officia Romane curie, quorum dispositio precipua nobis incumbit, dirigimus intuitum, dignas sollicitudinis, quas debemus, partes exhibere intuemur, inde^c profecto illorum statui et oportunitatibus salubriter prospicere, tanto magis cordi nobis inest, quanto secundum temporum ingruentium et occurrentium rerum dispositionem utiliora, inde conspicimus in Domino facilius profutura. Dudum siquidem considerantes, quod in dicta curia antiquitus centum et unius dumtaxat scriptorum litterarum apostolicarum numerus institutus fuerat et su-

perveniente postea in Dei ecclesia schismate iam divina favente clementia sedato numerus ipse, qui ex diversis obedientiis in unam reductis collectus fuerat, competebatur^d in tantum excessive adauctus, quod non numerus esse, sed etiam ex scriptorum multitudine numerositas et confusio quedam haberi videretur. Nos tunc ad reformationem et reductionem multitudinis huiusmodi ad pristinum numerum efficaciter intendentes motu proprio omnia et singula loca et officia quorumcumque scriptorum eorundem tunc vacantia, de quibus per nos dispositum non fuerat, nec non illa, que in futurum per obitum aut liberam seu liberam^e resignationem vel resignationes cuiuscumque aut quorumcumque scriptoris seu scriptorum eorundem vel alias quomodolibet ex tunc vacare contingeret, auctoritate apostolica per alias nostras diversas litteras suppressimus et extinximus ac pro talibus haberi volumus et censuimus nonnullaque alia circa hec adiecimus, prout in eisdem litteris, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus haberi volumus^f pro expressis, plenius continetur. Cum autem, postmodum, sicut rei experientia clarius edocuit, pauci ex eisdem scriptoribus officia sua predicta per viam resignationis huiusmodi dimittere curaverint, unde via ipsa usque quaque fructum dicte reductioni non attulerit nec adhuc verisimiliter afferre speretur, nisi super hoc salubrius disponatur. Nos ad reductionem predictam ferventibus studiis anhelantes motu simili non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam scriptorum eorundem etiam ad hoc accedente consensu auctoritate predicta tenore presentium statuimus, decernimus et ordinamus, quod, quotienscumque de cetero aliquis clericus non tamen coniugatus, sed ad ipsum officium exercendum habilis et idoneus duo ex locis scriptorum prefatorum in eorum pitaphio descriptorum, quorum alter per tres menses proxime ante resignationem suam in dicta curia presens fuerit, dummodo^g tamen ipsi duo scriptores tempore resignationum officiorum suorum in infirmitate, de qua infra viginti^h dies post resignationem suam huiusmodi decesserint, constituti aut infra mensem ad aliquam dignitatem regularem vel secularem aut aliud beneficium ecclesiasticum vel officium de consuetudine vel de iure cum officio scriptorie incompatibilem vel incompatible promoti non fuerint, quibuscumque dolo aut fraude cessantibus per liberam eorum resignationem in manibus vicecancellarii sancte Romane ecclesie pro tempore existentis aut Cancellariam apostolicam de mandato nostro regentis per se vel procuratores eorum ad hoc specialiter constitutos sponte faciendam et per eundem vicecancellarium seu regentem admittendam in dicto pitaphio suppressi et extingui fecerit et procuraverit cum effectu ipsis duobus locis sic extinctis in altero eorundem per ipsum vicecancellarium vel regentem surrogari et ad idem officium eiusque liberum exercitium recipi et ad emolumenta, honores et onera consueta, ut est moris, admitti possit et debeat cum effectu ac

aliorum scriptorum consortio aggregari, ita quod per receptionem et admissionem huiusmodi unus locorum eorundem perpetuo suppressus remaneat et extinctus, decernentes per hoc motu predicto litteris prefatis et singulis in eis contentis in favorem reductionis huiusmodi per nos concessis alias minime derogari voluisse, sed eas robur et firmitatem perpetuamⁱ obtinere debere. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et ordinationis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos, octavo^j kalendas iunii pontificatus nostri^k anno decimo¹. Pe. Gratis pro officio scriptorum. de Casanis^{l2}.

¹ 1427 Mai 25.

² **Petrus de Casatiis?**

^a Privilegium - altera VL 6343, Paris 4172

^b episcopus - Dei RL 272, VL 6343 etc.; RL 272 am Kopf links Pe., rechts Conilli

^c Inde Paris 4172 Unde

^d competebatur RL 272 competiebatur

^e liberam VL 6343 liberam

^f volumus Paris 4172 volumus

^g dummodo RL 272 dum

^h viginti Paris 4172 XX

ⁱ perpetuam RL 272 perpetua

^j octavo Paris 4172 VIII

^k pontificatus nostri *fehlt* RL 272

^l Pe. Gratis pro officio scriptorum. de Casanis *fehlt* Paris 4172

Druck: Bulaeus, Historia universitatis Parisiensis 5 S. 366-369 (B).

ME 58. Hee sunt petitiones et requeste, quas ambassiatores serenissimi principis Henrici Francorum et Anglie regis destinati per deliberationem et advisamentum domini regentis et iuxta sibi imposita, ac etiam responsiones manu propria domini nostri pape scripte et prefatis ambassiatoribus facte, ut inferius videbitur.

1. In primis, cum propter maliciam temporum visis periculis et guerrarum turbinibus et divisionibus in regno Francie, proh dolor, vigentibus, periculosum sit providere prelaturis, dignitatibus et aliis beneficiis vacantibus in eodem regno de personis regi et eius dominio suspectis et de quibus plena securitas verisimiliter haberi non possit, quod huiusmodi guerrarum tempore durante s(anctitas) v(estra) in prelaturis conferendis, videlicet archiepiscopatibus, episcopatibus, abbatibus, primis dignitatibus post pontificales, principalibus dignitatibus in ecclesiis collegiatis, prioratibus conventualibus et similibus uti valeat et possit; reservationibus apostolicis sicut tempore Urbani V et Gregorii XI utebatur, providereque singulis dum vacabunt, ad supplicationem et requestam domini regentis dictum regnum de persona notabili et bene merita, tali provisione digna, unius ex tribus per eum super his s(anctitate) v(estre) secreto nominandis, alias s(anctitas) v(estra) non admissionem dignetur tolerare et recusationem ex iusta causa sibi notam fieri.

2. Item quia reperitur, quod tempore dictorum dominorum Urbani V et Gregorii XI dabantur gratie expectative ad quecumque alia beneficia intra dictum regnum consistentia, s(anctitas) v(estra) consimiliter expectativas dare valeat et admitti valeant, ipsorum tamen tertia parte ordinariis reservata, autoritate sua ordinaria conferant, ita quod reservata in vice et parte v(estre) s(anctitatis) computentur, ac si reservata non forent, moderateque recipere et habere valeat primos fructus prelaturarum et aliorum beneficiorum, que contulerit s(anctitas) v(estra) videlicet tertiam partem prelaturarum duntaxat exclusis omnibus aliis minutis servitiis, et quibuscumque aliis modis pecunias exigendi, sicut de obligationibus, quittanceis, dilationibus et similibus. De aliis vero beneficiis mediam partem, donec huiusmodi prelature et alia beneficia, que nunc omnino depauperata sunt, aliquantulum meliorantur.

Fiat, quod ordinariis liceat quartam partem beneficiorum conferre ad quinquennium et pro solutione vacantiarum debitarum concedentur dilationes sufficientes et habebitur respectus ad pauperes.

3. Item quod cum tempore domini Alexandri V omnia areragia, que pretendebat Camera apostolica et collegium cardinalium sibi debita, fuerint remissa; et dominus Iohannes nihil post se dimiserit et prelati qui dicuntur concessisse in Constantia medietatem taxe prelatorum, erant pauci, presertim de regno Francie, nec alios potuisse obligare videntur, maxime contra legem et ordinatione regis et regni, quod viso casu cum circumstantiis placeat s(anctitati) v(estre) remittere omnes taxas et pecuniarum summas pretensas debitas pro prelaturis que vacarunt de tempore v(estre) s(anctitatis) in dicto regno, quacumque obligatione non obstante, usque ad datam presentium; etiamsi terminus iam effluerit; quia attento quod talia diebus singulis eveniunt, impossibile esset ea solvere sine destructione totali et ruina beneficiorum.

Fiat quod omnibus detur dilatio secundum qualitatem ecclesie, pro impotentibus ad annum, pro aliis ad sex menses.

4. Item dignetur s(anctitas) v(estra) ad se advocare causam matrimonialem in curia Romana pendentem inter dominum de Cloucestre et comitissam Hannonie ex una et ducem Brabantie partibus ex altera, illamque committere in partibus, attento quod partes ipse se submitunt et submiserunt ordinationi dicti domini regentis et ducis Burgundie.

5. Item dignetur s(anctitas) v(estra) dare et concedere alicui prelado seu persone ecclesiastice in regno Francie et in eodem regno ac obedientia dicti domini regis Francie et Anglie degenti potestatem, licentiam et facultatem cognoscendi de quibuscumque causis, de quibus recursus habendus esset ad sedem apostolicam, sive per simplicem querelam, aut per appellationem vel alias quovis modo vel alteri committendi, ita quod terminentur pro omnibus instantiis infra regnum, heresis ac criminis lese majestatis in personam summi pontificis, matrimonialium inter magnates et potentes causis dumtaxat exceptis.

Fiat, quod non committantur cause beneficiales 50 librarum in portatis in curia Romana per simplicem querelam vel per appellationem nisi a definitiva aut tali gravamine, quod non

possit in definitiva reparari, nec cause matrimoniales in duabus instantiis, nisi personarum conditio cause poscat.

6. Item dignetur s(anctitas) v(estra) deputare unum commissum (!), qui possit monere seu moneri mandare omnes et singulas personas ecclesiasticas habentes prelaturas, dignitates, aut alia beneficia in terris et obedientia dicti regis Francie et Anglie citra mare, qui inobedientes a suis beneficiis recesserunt, et illa pastoris solatio destituta reliquerunt, quatenus infra certum tempus eisdem propterea statuendum veniat ad residendum in locis dictorum beneficiorum suorum, prestantque obedientiam regi, ac tractatum pacis servant et teneant, alioquin priventur et ex tunc declarentur private dictis eorum beneficiis, si premissa contempserint, dictaque beneficia personis idoneis conferantur, prout decuerit, et per illos, ad quos spectabit.

Fiat in forma iuris, dum tamen secure possint in eis morari.

7. Item placeat s(anctitati) v(estre), viso quod clerus in multis regionibus, provinciis et diocesisibus et quasi ubique digressus est nimis a suis traditionibus et observantiis maxime in regno Francie, in tantum quod ulterius tolerari non posset, sine convenienti provisione, attento quod autentice reperitur in scriptis autoritate regia reformationem cleri in eodem regno alias factam fuisse, sicut in aliquibus aliis regnis, ac quod sedes apostolica aliquando principibus catholicis etiam modernis temporibus facultatem dedit et concessit faciendi fieri per viros ecclesiasticos, dare et concedere facultatem illustri principi domino duci Betfordie regenti regnum Francie faciendi fieri reformationem illorum de statu ecclesiastico in terris et dominiis sue regentie, qui ad hoc afficitur, propter Dei reverentiam et bonu ecclesie, et ne status ecclesiasticus turbetur in regimine suo, et de suo tempore tam exemptorum quam non exemptorum, reducendo tam seculares quam regulares ad suas primas institutiones et debitas observantias, ac cerimonias secundum iuris scripti et sacrorum canonum veras conclusiones et definitiones, ac patrum traditiones, absque eo quod aliqua appellatio possit impedire vel suspendere, quod deputandi reformatores stauerint et ordinaverint, interpretati, aut declarati fuerint, et quascumque exemptions et exemptos reducere ad limitationem concilii Lateranensis et Lugdunensis.

Fiet, quod dabitur bonus et congruus modus.

8. Item quod cum secundum traditiones canonum et sacrorum patrum prelati, qui fugiunt ab ecclesiis suis, in quibus remanere possent si vellent, et quasi transfuge habentur et populum, ac ecclesiam sibi commissos pro derelicto videntur habere, et seipsos deiicere noscuntur, et archiepiscopus Remensis per iam plures et precedentes annos pro tali sit habitus et habeatur. Quidam vero alii se constituerint et constituent inimicos regis, dominique regentis quorum debent esse vassalli et sunt pro temporalitate concessa eorum ecclesiis ad fundationem ecclesie ex liberalitate regia et de sua mensa per ambitionem et circumventionem se procuraverint pronuntiari ad nonnullas ecclesias in dominio et subiectione regis consistentes, a quibus non solum tamquam indigni, quinimo tamquam irretiti crimine lese maiestatis iuste et rationabiliter repulsi sunt, ut sunt, qui conantur occupare ecclesiam Laudunensem, pronuntiatusque ad ecclesiam Sagiensem ad ecclesiamque Meldensem et nonnulli alii, assequi et retinere conantes abbatias dignitatesque alias et beneficia alia in subiectione et dominio serenitatis regis Francie et Anglie, quod placeat s(anctitati) v(estre) illos transferre ad alia loca, vel eis aliter providere, aut declarare ius sibi non competere, vel saltem regi consentire ut secundum formam iuris auctoritate regia providere possit et valeat, prout alias factum fuisse reperitur, ne populus dictis ecclesiis subiectus deficiat in eo, quod sibi tenetur facere prelatus sive obtinens dignitatem, et ne alienetur ab obedientia, subiectione et reverentia serenitatis regie.

Fiet capta opportunitate et commoditate faciendi.

9. Item, quod, cum ecclesia Romana consueverit incumbere possessioni regnorum, ducatum et dominiorum temporalium, non habendo respectum ad veritatem, tituli cum ad ipsam non pertineat iudicare de titulo maxime iure ordinario et scribere talibus dominis incumbendo possessioni pro recommendatione illorum, qui apud ipsam producentur ad prelaturas et dignitates et ad idem faciendum de eorum promotione, ut temporalia eis expediantur, et a paucis temporibus citra sine expressione nominis serenissimi domini nostri Henrici regis Francie et Anglie scriptum fuerit pro quibusdam promotis ad prelaturas et dignitates infra terminos sui regni et dominiorum suorum situatas, quod alias factum fuisse non legitur; quod placeat s(anctitati) v(estre) sub expressione sui proprii nominis in casu simili a ceteris scribere, aliter assentire, quod non teneatur temporalia eis expedire cum clausulis et capitulis opportunis.

10. Item dignetur s(anctitas) v(estra) dare et concedere licentiam et facultatem imponendi supra clerum, ecclesias ecclesiasticasque personas regni Francie existentes in obedientia domini nostri regis Francie et Anglie usque ad valorem 12 florenorum auri de camera pro rehabendo et recuperando expensas ambassiatoribus datas, et factas pro ambassata ad s(anctitatem) v(estram) pro presenti destinata cum potestate compellendi per censuram ecclesiasticam, qui fuerint compellendi cum invocatione brachii secularis, viso quod ea, pro quibus missi sunt ambassiatores, potius concernunt statum ecclesie et personarum ecclesiasticarum quam alicuius alterius.

Fiat usque ad summam 8 florenorum levandam per ecclesiasticos.

Item dignetur s(anctitas) v(estra) concedere et dare licentiam et facultatem alicui prelato aut persone ecclesiastice erigendi studium in facultate artium iurisque civilis in quacumque civitate, bona villa seu loco notabili in provincia Rotomagensi, de quo placuerit et videbitur illustrissimo principi domino regenti, cum prerogativis, libertatibus et privilegiis illis et similibus, quibus gaudet et utitur universitas studii Parisiensis, et quod specificè possit illa exprimere post erectionem studii, doctoresque et magistros ac studentes alios, qui causa studii venerint, illis facere uti et gaudere, ac si specialiter hic exprimerentur et per s(anctitatem) v(estram) singulariter singula manu vestra signarentur, cum clausulis etc.

Fiat cum privilegiis aliarum universitatum de Francia et committatur episcopo Parisiensi, vocatis vocandis.

Item, quod, si pro erectione huiusmodi studii aliqua collecta imponatur personis laicis provincie predictæ sive regno Francie, quod persone ecclesiastice debeant et teneantur contribuere semel proportionabiliter sicut et laici, maxime cum hoc concernat tam bonum ecclesie quam utilitatem laicorum, et quod ad hoc possint compelli per censuram ecclesiasticam cum invocatione brachii secularis.

Fiat pro semel, sed non per brachiumulare.

Datum Rome apud Sanctum Petrum pro die kalendis aprilis anno 7.

Collatio copie presentis 12. articulos, quorum tres videntur 4.8. et 9. eo modo quo in originali existunt cancellati, continentes: facta fuit in camera compotorum d. regis Paris. d. ori-

ginali rotulo in Thesauro Chartarum et privilegiorum eiusdem d. domini regentis de precepto et ordinatione dominorum ibi die 14. dec. an. domini 1424. per me deseigne et per me constan.

PL 647, fol. 85r-85v (= a), fol. 181r-181v (= b, mitten unter den KR Eugens IV.); VL 3884, fol. 63v-64r; VL 4990, fol. 18r; Firenze 103, fol. 13v-14r (nicht kollationiert); Druck: \$\$\$.

QUOD AUDITORES PALATII SINT CAPELLANI, FAMILIARES ET CONTINUI COMMENSALES PAPE^a.

ME 59. Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Romanum decet pontificem singularum indagine solerti prestugere^b (?) condition(..) ac merita personarum et debitum hinc inde dirigendo respectum potioribus illis fulcire favoribus^c apostolic(is)^d presidiis, quos pro ministrando potissime^e studiis assiduis iustitie complemento multiplicia labores et onera perpeti ac suis et apostolice sedis obsequiis fidelibus fructuosisque insistere iugi experimento censet^f. Horum igitur considerationu(m)^g inducti et ad omnem super eo, cui dilecti filii causarum Palatii^h apostolici auditores nostri et Romanum pontificum pro tempore existentium capellani familiaresque domesticiⁱ continui commensales haberi debeant se ponendi^j hesitationis scrupulum motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate omnes et singulos auditores prefatos presentes et futuros, quamdiu in Romana curia presentes fuerint, ipsius sedis officiales ac nostros nec non eorundem pontificum et sedis apostolice nec non^k capellanos et familiares domesticos et continuos commensales fore atque censi debere nec non in quorumlibet ecclesiasticorum beneficiorum assecutione in antea vacaturorum omnibus et singulis, qui^l aliis etiam nostris, etiam^m tempore, quo ad apicem summi apostolatus assumpti sumus, et ipsorum pontificum et sedis veris capellanis familiaribusque domesticis etⁿ continuis commensalibus ex quibusvis nostris nec non aliis pontificum eorundem apostolicisque concessionibus^o quomodolibet competere et illis suffragari potuerunt, antelationibus, prerogativis et indultis uti et gaudere posse auctoritate apostolica presentium serie declaramus. Nulli ergo etc. nostre declarationis infringere etc. Si quis autem. Datum Rome apud Sanctos Apostolos, octava^p kalendas iunii pontificatus nostri^q anno XI¹.

¹ 1428 Mai 25.

^a Quod - pape VL 3884

^b prestugere VL 3884 ...

^c favoribus VL 3884 favoris/es

^d apostolic(is) VL 3884 apostolice

^e potissime fehlt VL 3884

^f censet VL 3884 censere

^g considerationu(m) VL 3884 consideratione

^h Palatii fehlt PL 647(b)

ⁱ domestici fehlt VL 3884

^j se ponendi VL 3884 reponendum

^k nec non VL 3884 veros

^l qui fehlt VL 3884

^m etiam fehlt VL 3884

ⁿ et fehlt PL 647(b)

^o ex quibusvis - concessionibus fehlt VL 3884

^p octava VL 3884 VIII

^q iunii - nostri fehlt VL 3884 (Lücke von ca. 3 cm)

RV 352 Rubr., fol. 9v; **RV 352**, fol. 257r-258v; **RV 354 Rubr.**, fol. 3v; **RV 354**, fol. 61r-62r; **RV 355 Rubr.**, fol. 2v; **RV 355**, fol. 30v-32r; **Druck:** THEINER, *Codex diplomaticus* 3, S. 276-278 Nr. 210 (nach RV 354). **Vgl. dazu auch Raynaldus, Annales 1419 nr. 6 (von 1419), Muratori SS rer. it. 19, 959 (von 1419).** Ich habe diese listenförmige Konstitution der Übersichtlichkeit halber in Absätze gegliedert.

ME 60. BULLA SEU PROCESSUS DATA IN CENA DOMINI SEU DIE IOVIS SANCTE^a.

RV 352.	RV 354.	RV 355.
---------	---------	---------

(1) Martinus etc.^b Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, patris et filii et spiritus sancti auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostra omnes hereticos, Gazaros, Patarenos, pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passaginos, Wickleffistas,

	Hussitas,	
--	-----------	--

fraticellos et quoslibet alios hereticos, quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores et defensores eorundem.

^a Bulla - sancte RV 352; RV 354 Processus latus in cena Domini; RV 355 In cena Domini (Rest weg)

^b RV 352/RV 354 am Kopf auf dem linken Rand P. de Trilhia (= Petrus de Trilhia) und rechts De curia; RV 355 am Kopf links B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und rechts De curia

(2)^a Item excommunicamus et anathematizamus omnes piratas, cursarios et latrunculos marinos et omnes fautores, receptatores et defensores ipsorum.

^a (2) fehlt RV 355

(3) Item excommunicamus et anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia imponunt.

(4) Item excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios bulle seu litterarum apostolicarum et supplicationum gratiam vel iustitiam continentium^a per summum pontificem vel vicecancellarium seu gerentes vices aut officium vicecancellarii sancte Romane ecclesie de mandato eiusdem summi pontificis signatarum aut sub nomine summi pontificis seu vicecancellarii aut gerentis officium predictorum signantes supplicationes easdem.

^a continentium RV 355 continentes

(5) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos^a, qui equos, arma, ferrum, lignamina et alia prohibita deferunt saracenis, quibus christianos impugnant.

^a illos *RV 352* alios

(6) Item excommunicamus et anathematizamus impediennes seu invadentes victualia sive alia ad usum Romane curie necessaria adducentes vel, ne ad curiam ipsam adducantur vel deferantur,

impediunt seu perturbant	impedientes seu perturbantes
--------------------------	------------------------------

et qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscumque fuerint ordinis, preeminentie, conditionis et status, etiamsi pontificali, regali, reginali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

(7) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab eadem, nec non illos^a, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes in eadem curia morantes temeritate propria capiunt, spoliunt et detinere aut ex proposito deliberato verberare, mutilare vel interficere presumunt et qui talia fieri faciunt sive mandant.

^a illos *fehlt RV 354*

(8) Item excommunicamus et anathematizamus

iniquitatis alumnum Petrum de Luna Benedictum XIII se nominare ausu sacrilegio presumentem iusto Dei iudicio ac per processus sacri generalis concilii Constantiensis et nostros eius demeritis exigentibus hereticum atque schismaticum et ab ecclesia precisum sententialiter condemnatum ac omnes adherentes, complices et sequaces ipsius et dantes ei auxilium, consilium vel favorem cuiuscumque preeminentie, dignitatis vel ordinis, etiamsi pontificali, regali, reginali vel quavis alia, ut premittitur, ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

omnes et singulos cuiuscumque status, gradus, preeminentie aut conditionis existant, etiamsi pontificali, regali, reginali vel quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, contra formam et effectum sententie generalis Constantiensis concilii, per quam damnate memorie Petrus de Luna, qui olim Benedictus XIII a nonnullis in eius obedientia dicebatur, indicatus schismaticus et hereticus et ab ecclesia Dei prorsus omnique iure, quod in papatu habere pretendebat, omnique dignitate et honore ecclesiastico privatus fuit, ac post et contra inhibitiones eiusdem concilii et huiusmodi sententiam ac dicti Petri obitum in infidelitate et errore ipsius Petri nunc persistendo aut alias quomodolibet credentes, tenentes aut faventes publice vel occulte ac etiam schisma vetus et diuturnum in eodem concilio et apud universalem ecclesiam et per ratihabitationem generalis concilii dicte sententie et continuationem processum desuper habito et sublatum et extinctum continuare conantes nec non omnes et sin-

(9) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad Romanam curiam super earum causis et negotiis recurrentes illaque in eadem curia prosequentes aut procuratores

,	negotiorum,
---	-------------

gestores, advocatos vel promotores ipsorum vel etiam auditores seu iudices super dictis causis seu negotiis deputatos occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt aut bonis spoliant, cuiuscumque preeminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint, etiamsi pontificali, regali, reginali vel quavis alia prefulgeant dignitate.

(10) Item excommunicamus et anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes et interficientes seu capientes et detinentes sive depredantes romipetas et peregrinos ad Urbem causa devotionis et peregrinationis accedentes et in ea morantes et recedentes ab ipsa et in hiis dantes auxilium, consilium vel favorem

.	eorumque bona confiscamus.
---	----------------------------

(11) Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos^a, qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte sub quocumque titulo vel colore occupant, detinent vel hostiliter discurrunt seu invadunt aut occupare, detinere vel discurrere hostiliter presumunt in totum seu in partem almam Urbem, regna Sicilie¹, Trinacrie², insulas Sardinie, Corsice, Terram citra farum³, patrimonium beati Petri in Tuscia⁴, ducatum Spoletanum⁵, comitatum Venaisini⁶, Sabine⁷, Marchie Anconitane⁸, Masse Trabarie⁹, Romandiole¹⁰, Campanie atque Maritime¹¹ provincias ac terras specialis commissionis et Arnulphorum¹², civitates quoque

¹ Seit 1302 Festlandsizilien = Königreich von Neapel.

² Seit 1302 Inselsizilien.

³ Südliches Kalabrien.

⁴ Historische Provinz im nördlichen Latium, in der südlichen Toskana und im südlichen Umbrien.

⁵ Herzogtum Spoleto.

⁶ Comtat Venaissin, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.

⁷ Historische Provinz im nördlichen Latium.

⁸ Mark Ancona, Marche, Italien.

⁹ Historische Provinz zwischen der Romagna, der Toskana, der Mark von Ancona und Umbrien.

¹⁰ Historische Provinz, Teil von Emilia-Romagna.

¹¹ Historische Provinz am Übergang vom südlichen Latium nach Kampanien.

¹² Historische Provinz im Zentralumbrien.

nostras Bononiensem¹³, Ferrariensem¹⁴, Beneventanam¹⁵, Perusinam¹⁶, Avinionensem¹⁷, Civitatis Castelli¹⁸, Tudertinam¹⁹ et alia civitates et terras et loca vel iura ad ipsam ecclesiam spectantia et pertinentia, et adherentes ac fautores et defensores eorum seu in hiis dantes eisdem auxilium, consilium vel favorem, non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgentiis ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus eis vel eorum alicui vel aliquibus, cuiuscumque ordinis, status^b, conditionis, dignitatis et preeminentie fuerint, etiamsi, ut premittitur, pontificali, regali, reginali seu quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, a predicta sede sub quavis forma vel tenore concessis, quod excommunicari aut anathematizari non possint per litteras apostolicas, que plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indultis huiusmodi ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus ac dignitatibus eorundem non fecerint mentionem, nec non consuetudinibus et observantiis scriptis et non scriptis^c et aliis contrariis quibuscumque, per que contra huiusmodi nostros processus ac sententias, quo minus includantur in eis, se iuvare valeant aut tueri et que quoad hoc prorsus tollimus et omnino revocamus, a quibus quidem sententiis nullus per alium quam per Romanum pontificem nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus absolvi possit nec etiam tunc nisi de stando sancte matris ecclesie mandatis satisfactione vel sufficienti cautione prestitis.

¹³ *Bologna, Emilia Romagna, Italien.*

¹⁴ *Ferrara, Emilia Romagna, Italien.*

¹⁵ *Benevent, Kampanien, Italien.*

¹⁶ *Perugia, Umbrien, Italien.*

¹⁷ *Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*

¹⁸ *Città di Castello, Umbrien, Italien.*

¹⁹ *Todi, Umbrien, Italien.*

^a illos *RV 352* alios

^b status *fehlt RV 354, RV 355*

^c et non scriptis *fehlt RV 354*

(12) Illos autem, cuiuscumque fuerint preeminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status etiam pontificali vel alia qualibet ecclesiastica^a dignitate preditos, qui contra tenorem presentium talibus vel eorum alicui vel aliquibus absolutionis beneficium impendere de facto presumpserint, excommunicationis et anathematis sententia innodamus eisque predicationis, lectionis, administrationis sacramentorum et audiendi confessiones officia interdiciamus, predicentes aperte transgressoribus et contemptoribus supradictis nos gravius contra eos spiritualiter et temporaliter, prout expedire cognoverimus^b, processuros.

^a qualibet ecclesiastica *RV 355* quavis

^b cognoverimus *RV 354* cognoveris

(13) Ut autem huiusmodi nostri processus ad communem omnium notitiam deducantur, cartas sive membranas processus continentes eosdem

maioris ecclesie Florentine	basilice beati Petri principis apostolorum de Urbe
-----------------------------	--

nec non sacri Palatii apostolici, in quo impresentiarum moram trahimus, valvis^a seu ostiis ac liminaribus faciemus affigi seu appendi, que processus ipsos suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut hii, quos processus huiusmodi contingunt, quoad ipsos non pervenerint aut ipsos ignoraverint^b, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostre excommunicationis, anathematizationis,

cassationis, irritationis, annulationis, evacuationis,		declarationis, cassationis, irritationis, annulationis, evacuationis,
--	--	---

interdicti et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum

Florentie, II idus aprilis pontificatus nostri anno secundo ¹ .	Rome apud sanctum Petrum, quinto idus aprilis pontificatus nostri anno quinto ² .	Rome apud sanctum Petrum, XII kalendas maii pontificatus nostri anno septimo ³ .
Io. Stalberg ⁴ .	Ia. de Arimino ⁵ .	De Imola ⁶ .
Coll. per me I. Comitis ⁷ .	Coll. per me M. Gervasii ⁸ .	

¹ 1419 April 12. Gründonnerstag fiel 1419 auf den 13. April.

² 1422 April 9.

³ 1424 April 20.

⁴ Jo. Stalberg.

⁵ Jacobus de Arminio.

⁶ De Imola.

⁷ I. Comitis.

⁸ M. Gervasii.

^a valvis fehlt RV 355

^b aut - ignoraverint fehlt RV 354

DC 3, fol. 42r; Regest: HOFMANN, Forschungen 2 S. 4 Nr. 13.

ME 61. (betr. Registerschreiber)...¹

¹ 1417 Dezember 10.

DC 3, fol. 42v; Teildruck: HOFMANN, Forschungen 2 S. 4 Nr. 14.

ME 62. ... quod in registro supplicationum servetur consuetudo antiqua et tempore domini Gregorii XI et Urbani V observata et etiam tempore aliorum Romanorum pontificum, dummodo sit rationabilis Der Kommission gehören der thesaurar, 2 Kammerkleriker und die beiden consiliarii Gentilis¹ episcopus Novocastrensis und Ogerius² episcopus Augustensis.

¹ *Gentilis d' Ajello.*

² *Ogerius de Confleto.*

DC 3, fol. 43v; **Druck:** BAUMGARTEN, *Aus Kammer S. 89;* **Regest:** HOFMANN, *Forschungen 2 S. 4 Nr. 14-15.*

ME 63. Eodem die¹, dominus meus mandavit quattuor bullatoribus sub pena privationis officiorum, quod nullus eorum aliquem clericum litteratum haberet, qui bullas legere sciret, nec quod ipsi partibus aliquo modo iuvarent nec traderent ad registrum sine licentia et presentia dominorum taxatorum seu dominorum ipsorum in absentia aliorum. Presentibus dominis H². thesaurario et Paulo de Sulmona³ ac Iacobo de Calvis⁴ apostolice Camere clericis et Benedicto de Guidalottis⁵.

¹ (1417 Dezember 27).

² *H.*

³ *Paulus de Sulmona.*

⁴ *Jacobus de Calvis.*

⁵ *Benedictus de Guidalottis.*

DC 4, fol. 99/100-101; **Druck:** HOFMANN, *Forschungen 2 S. 5f. Nr. 20.*

MANDATUM GENERALE CONTRA OFFICIALES ROMANE CURIE TAM SUPER HABITIBUS QUAM SUPER EORUNDEM OFFICIORUM EXERCITIO.

ME 64. Universis etc. Ludovicus etc. Salutem etc. Cum divina superillustrante gratia reiectis inveterati et dolorosi scismatis, quod universalem sanctam matrem ecclesiam per diversa temporum lustra miserabiliter laceravit et perturbavit, erroribus facta sit nuper unio in eadem ecclesia in personam sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia Romani et unici summi pontificis equum et congruum existit, ut Romana ecclesia, que aliarum caput est et magistra, cum sua Romana curia in capite et in membris debite reformetur, quoniam pro dolor notorium satis est, quod curia ipsa adeo in vita, moribus et habitibus collapsa est, quod vix discerni potest, quis ecclesiasticus et quisve clericus aut presbyter existat, cum ab obitu fere domini Gregorii XI pene nullus in eadem est officialis, quin in premissis defecerit et prevaricatus fuerit. Que idem sanctissimus dominus noster papa attendens et considerans, quod ipse sacro approbante concilio certa circa

personas ecclesiasticas per orbem universum constitutas pridem in presentia ipsius sacri concilii sessione statuit et ordinavit absque pene adiectione non facta mentione de officialibus curie et quia decretum ipsum parum teneretur, nisi pene adiectione vallaretur, et decens quinimo debitum reputans, quod officiales dicte curie normam primitus observent, ut alii ad ipsorum instar ad premissa observanda animentur, eapropter de ipsius domini nostri pape flamantibus desideriiis exoptantis, ut premissa ubilibet observentur, speciali et expresso mandato vive vocis oraculo super hoc (facto) nobis reveren(di) patres, venerabiles honorabiles et discretos viros universos et singulos sedis apostolice notarios, litterarum apostolicarum correctorem, auditores, referendarios, clericos Camere apostolice, cubicularios, secretarios, subdiaconos, acolitos, capellanos commensales, litterarum apostolicarum et supplicationum ac Penitentarie ipsius domini nostri registratores, scriptores, abbreviatores et bullatores, advocatos apostoliceque Camere et dictorum dominorum auditorum notarios, scribas et secretarios aut dominorum cardinalium et aliorum prelatorum, capelle ipsius Domini nostri capellanos et cerimoniarum clericos et alios quoscumque officiales ac alios cortesanos, quocumque nomine nuncupentur, cuiuscumque status, religionis, ordinis, habitus, conditionis vel preeminentie existant, ortamus et monemus eisque et eorum cuilibet precipimus, quatinus ipsi et eorum quilibet circa divina officia precipue in sacris ordinibus constituti et beneficia habentes iuxta illud „Primo querite regnum Dei“ etc. intenti existentes tonsuram competentis et honeste magnitudinis et comam sive pilos honeste deferant et commissa sibi officia iuxta ipsorum officiorum qualitates et condiciones sic sine oppressione et gravamine partium, quod rationabile et consuetum pro salario et laboribus suis dumtaxat recipiendo, exercent et ab illicitis quibuslibet abstineant et alias vitam irreprehensibilem ducant et conversationem habeant honestam immundiciam a se abiicientes, ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctificatione, ut Deus et mundus merito contententur et ipsi ad maiora promoveri mereantur, eisdem nihilominus et eorum cuilibet ulterius precipiendo mandantes, quatinus habitus caparum, roquetorum, tabardorum et aliarum vestium, quos ante scisma in suis officiis existentes habebant, infra unum mensem, postquam ad locum, ad quem idem dominus noster cum sua Romana curia de hic recedendo declinaverit, extiterint, habeant, illosque tam equester quam pedester per carrerias incedendo ante et retro iuxta decentiam status officiorum huiusmodi associati portent, nullatenus domos absque societate iuxta huiusmodi status decentiam exeundo amotis a quibuscumque vestibus coyderiis (?) et fixuris sive fendaturis et colaribus ultra decentiam altis cum foliaturis ab extra in quacumque parte parvum excedentibus et a capuciis nisi equitando longis cornetis, sub dictorum officiorum et beneficiorum suspensionis

pena ultra penas in aliis constitutionibus alias super hoc editis contentas in quemlibet eorum premissorum transgressorem infligendis ad arbitrii prefati domini nostri declarationem post lapsum XV dierum a fine ipsius mensis computandorum, quotiens prefato domino nostro placuerit, faciendam. Et ne aliquis de premissis ignorantiam pretendere valeat, presentes litteras in valvis ecclesie maioris vel apostolici Palatii Constantiensis affigi fecimus, in quorum etc. impressione muniri. Datum Constantie, die secunda mensis maii anno a nativitate domini 1418 pontificatus etc. anno primo¹.

¹ 1418 Mai 2.

Berlin 661, fol. 88r-89r; **Arm. 82**, fol. 171r-172v; **RV 352**, fol. 165r-166v; **BL 2825**, fol. 127r-128r; **BL 2850**, fol. 113v-114r; **PL 647**, fol. 81v-83r; VL 3884, fol. 60r-61v; **VL 3983**, fol. 14v; **VL 4990**, fol. 10r-10v; **VL 6165**, fol. 109v; **VL 6343**, fol. 116v-117v; **Firenze 103**, fol. 11v-12r; **Köln 25b**, fol. 149r-149v; **München 3063**, fol. 258v(nicht kollationiert); **Paris 4172**, fol. 150r-151v; vgl. ME 8b und 17.; **Druck: \$\$\$**.

CONSTITUTIO CONTRA FRIVOLE APPELLANTES, VIDELICET QUOD QUIS NON POSSIT AB INTERLOCUTORIA APPELLARE^a.

ME 65. Martinus episcopus servus servorum Dei^b. Ad perpetuam rei memoriam. Quoniam nociva^c plerumque renitente^d licentia sic evenisse^e videmus, quod salubris olim^f per felicitatis recordationis Gregorium papam XI predecessorem nostrum contra temere^g appellantes in causis apud sedem apostolicam vertentibus edita constitutio^{h1} usque quaquamⁱ vel indulgente nimium^j culpa iudicum vel procurante^k verius (nervis? so Paris 4172) litigatorum malitia fructus optatos non attulit^l nec morbos, quibus lites solent languere, diutius^m intenta sua sustulit medicina, nobis ingentiⁿ necessitate expediri visum est accuratiori providere curamine, quo^o nec dilata^p nimium relinquatur^q vulnerata iustitia nec potens iniquitate^r quispiam adversus illam perimpune presumere gloriatur. Nos itaque^s propterea constitutionem eandem velut providam et salubrem tam approbantes quam etiam innovantes illam ampliando statuimus, quod de cetero nullus in Romana curia litigans eiusve procurator a quavis interlocutoria pronuntiatione vim diffinitive sententie non habente seu^t etiam quovis pretenso vel conficto^u sufficienti gravamine ante diffinitive principalis negotii sententie prolationem appellare presumat, nisi saltem appellatio huiusmodi maxime^v ab interlocutoria primitus^w per advocatum appellantis, si quem ad hoc pro consilio adhibere voluerit, diligenter examinata fuerit et subscripta^x, quod, si forsitan ab interlocutoria talem^y vim non habente aut gravamine huiusmodi appellari contingerit et appellans appellationem huiusmodi

¹ = Gregor XI. Nr. 86.

prosequens succubuerit per iudicium finaliter in eadem, provocans ipse, sive principalis sive procurator existat, eo, quod verisimiliter scienter in protelationem expeditionis cause principalis perperam et frivole appellaverit, preter^z resarcionem^{aa} expensarum per adversarium in huiusmodi appellationis causa victorem factarum decem nec non consulens et subscriptus advocatus huiusmodi, si quis sit^{bb}, totidem florenorum^{cc} auri de Camera apostolice Camere omnino applicandorum penam incurrant eo ipso. Illapsi^{dd} vero predicti, sive ulterius abinde appellare voluerint sive non, florenos eosdem infra sex dies post pronuntiationem huiusmodi iudicii omni dilatione remota in manibus iudicis, a quo appellatum extiterit, realiter assignent, alioquin recusans^{ee} vel contumaciter negligens loco decem huiusmodi quindecim^{ff} florenorum similes eidem Camere quantocius persolvere teneantur, de quo tam ille, a quo, quam etiam ille, ad quem appellatum extiterit, auditores infra duos dies immediate sequentes gentes^{gg} eiusdem Camere certificare debeant, quod, si non fecerint, excommunicationis sententiam incurrant eo ipso, a qua non possint ab aliquo preterquam a Romano pontifice nisi dumtaxat in mortis articulo constituti absolvi, et nihilominus ipsi illapsi^{hh} per auditorem dicte Camere persolvere viriliterⁱⁱ compellantur. Sane si denuo per eundem in casu premissis appellari contigerit, tunc caveat appellare volens, ne conceptam appellationem ante interponere presumat, quam illam per advocatum, si quem ad eiusmodi cause tutelam acceperit, diligenter examinari fecerit et subscribi. Ad illius autem prosecutionem^{jj} appellans ipse, si ei datis sibi^{kk} apostolis insistere voluerit, nullatenus admitti valeat, donec ipse et^{ll} advocatus, qui se taliter in eadem subscripserit, quilibet videlicet eorundem viginti^{mm} florenos similes in manibus iudicis, a quo appellatum ultimo fuerit, deposuerit, cum effectu quibus id facere nolentibus vel negligentibus habeatur eo ipso pro non appellato, et appellans ipse nedum ab ulteriori prosecutione appellationis huiusmodi, sed etiam a cuiuslibet alterius pretactamⁿⁿ vim non habente seu gravamine quolibet^{oo} in huiusmodi lite deinceps emittende commode penitus sit exclusus. Porro si floreni depositi et appellatio prosecuta extiterit, ut prefertur, et appellans ipse forsan in appellationis sue iudicio finaliter succumbat, tunc omnes depositi floreni predicti ad Camera prelibatam pertineant et, si aliqua ex appellationibus huiusmodi per principalem vel procuratorem temeritate propria sine^{pp} advocati subscriptione porrecta fuerit vel^{qq} emissa^{rr}, si videlicet per procuratorem procurator ipse solus^{ss} de proprio sive^{tt} clientuli sui^{uu} vel principalis onere penam, quam taliter^{vv} inciderit, subeat^{ww}, si vero^{xx} per principalem principalis ipse ultra penam predictam etiam et possessionem rei, de qua principaliter agetur, si illam habeat, ipso^{yy} iure amittat et in^{zz} adversarium absque alterius figura iudicii melius sit translata obiectumque crimen, si de crimine agi contingat, pro confessato teneatur^{aaa}, iure

tamen appellantis principalis eiusdem quoad rei vertentis proprietatem dumtaxat illeso remanente. In eventum vero commissum, quo videlicet^{bbb} appellantem in appellationis huiusmodi causa finalem obtinere victoriam contingeret, omnes^{ccc} depositi per eum eiusque advocatum, si quis sit, floren(i)^{ddd} huiusmodi per iudices^{eee}, qui illos^{fff} receperint, indilate^{ggg} restituantur eisdem, quod, si iudices ipsi secus egerint aut si forsan floreni huiusmodi in penam, ut prefertur, commisi^{hhh} fuerint, florenos ipsos ad Cameram apostolicam predictam, cui illos eo casu applicari volumus, infra decendumⁱⁱⁱ, postquam causa appellationis huiusmodi iudicialiter sopita^{jjj} fuerit, videlicet sancte Romane ecclesie cardinales per^{kkk} scribas suos ad causas easdem et alii iudices prefati per se vel suos in causis ipsis notarios realiter non destinaverint, eo ipso lapso dicto decendio iudices et scribe ac notarii huiusmodi, prout unumquemque continget eorundem, excommunicationis sententiae subiaceant, a qua non possint ab aliquo nisi^{lll} a Romano pontifice preterquam in mortis articulo constituti absolutionis beneficium obtinere. Presentem autem constitutionem nostram in Audientia publica dicte Curie legi iubemus atque publicari quantocius decernentes eam locum in eadem curia dumtaxat habere, quamprimum inibi taliter publicata^{mmm} fuerit sive lecta, non obstantibus constitutionibus apostolicis et aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum hanc paginam nostri statuti, voluntatis, mandati et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire «etc». Si quis autem hoc attemptatum presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Gebennisⁿⁿⁿ², kalendis septembris pontificatus nostri anno primo³.

Collationata per me P ^{etrum} de Trilha ⁴ .	Io ^{hannes} de Montemonacho ^{ooo5} .
---	--

² *Genf, Kanton Genf, Schweiz.*

³ *1418 September 1.*

⁴ *Petrus de Trilhia.*

⁵ *Johannes de Montemonacho.*

^a Constitutio - appellare *Paris 4172; RV 352 Rubr.* Constitutio super non appellando ab interlocutoriis sententiis cum appositione penarum; *VL 3884* Constitutio contra appellantes ante sententiam a gravaminibus editis (!) Gebennis

^b *RV 352 am Kopf auf dem linken Rand* per Cancellariam und auf dem rechten De curia

^c nociva *VL 3884* novissima

^d *Paris 4172 remanente* (?)

^e evenisse *VL 3884* invenisse

^f olim *fehlt VL 3884*

^g temere *VL 3884* temerario

^h edita constitutio *VL 3884* et ita statuto

ⁱ quaquam *VL 3884* quo

^j nimium *VL 3884* iurium

^k procurante *VL 3884* procuratorum

^l attulit *VL 3884* obtulit

^m diutius *fehlt VL 3884*

ⁿ ingenti *VL 3884* urgenti

^o quo VL 3884 quod
^p dilata VL 3884 dilatatum
^q relinquatur VL 3884 delinquetur
^r iniquitate VL 3884 iniquitatis
^s itaque *fehlt* VL 3884
^t seu VL 3884 sed
^u conficto VL 3884 converso; *Paris* 4172 constito
^v maxime *fehlt* VL 3884
^w primitus *fehlt* VL 3884
^x *Paris* 4172 suscepta
^y talem *fehlt* VL 3884
^z *Paris* 4172 propter
^{aa} resarcionem VL 3884 refectionem
^{bb} sit *fehlt* VL 3884
^{cc} florenorum VL 3884 florenos
^{dd} Illapsi VL 3884 Elapsi
^{ee} recusans VL 3884 accusans
^{ff} quindecim VL 3884 XV
^{gg} gentes *fehlt* VL 3884 (*Lücke von ca. 3 cm*)
^{hh} illapsi VL 3884 elapsi; *Paris* 4172 lapsi
ⁱⁱ viriliter VL 3884 realiter
^{jj} prosecutionem *Paris* 4127 persecutionem
^{kk} sibi *fehlt* VL 3884
^{ll} ipse et *fehlt* VL 3884
^{mm} viginti VL 3884, *Paris* 4172 XX
ⁿⁿ pretactam VL 3884 prefatam
^{oo} *Paris* 4172 quomodolibet
^{pp} sine VL 3884 vel
^{qq} vel *fehlt* *Paris* 4172
^{rr} emissa VL 3884 obmissa
^{ss} solus RV 352 solut (?)
^{tt} *Paris* 4172 subsidio
^{uu} sui *fehlt* VL 3884
^{vv} taliter VL 3884 totaliter
^{ww} *Paris* 4172 subeant
^{xx} *Paris* 4172 non
^{yy} ipso VL 3884 eo
^{zz} *Paris* 4172 nec non
^{aaa} teneatur VL 3884 habeatur
^{bbb} quo videlicet VL 3884 videlicet quoad
^{ccc} omnes VL 3884 quosque
^{ddd} floren(i) VL 3884 florenorum
^{eee} VL 3884 *folgt* per eos
^{fff} illos *fehlt* VL 3884
^{ggg} indilate *fehlt* VL 3884
^{hhh} commisi VL 3884 contesi (?)
ⁱⁱⁱ decendium VL 3884 decem dies
^{jjj} sopita VL 3884 scripta
^{kkk} per VL 3884 seu
^{lll} nisi VL 3884 nec
^{mmm} publicata VL 3884 duplicata
ⁿⁿⁿ Gebennis VL 3884 Bononie
^{ooo} Collationata - Montemonacho *fehlt* VL 3884

Berlin 661, fol. 96v-97v; **RV 352 Rubr.**, fol. 6v; **Reg. Vat. 352**, fol. 198v-199r (*keine Bilder*) **PL 647**, fol. 83v-84v; **VL 2665**, fol. 130v-131v; **VL 3884**, fol. 62r-63r; **Firenze 103**, fol. 12r-13r; **Graz 708**, fol. 321v-322v (*nicht kollationiert*); **Druck: \$\$\$**.

DE SIMONIA^a.

ME 66. Martinus episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Damnabile scelus execrande pravitatis ... Datum Mantue¹, octavo kalendas decembris pontificatus nostri anno primo².

¹ Mantova, Lombardei, Italien.

² 1418 November 24. *Müsste eigentlich das 2. Pont.jahr sein, da am 21.11.1417 gekrönt.*

^a De simonia Berlin 661; RV 352 Rubr. Constitutio et exc(ommunicatio) contra simoniacos

RV 354 Rubr., fol. 9v; RV 354, fol. 174v-175v; Druck: \$\$\$.

CONSTITUTIO ET EXEMPTIO CUIUSCUMQUE DECIME OMNIUM BENEFICIORUM CARDINALIUM EXTRAVAGANS^a.

ME 68. Martinus etc.^b Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut sancte Romane ecclesie cardinales, quos Dominus tamquam precipuas et sublimes ecclesie prefate columnas prerogativa sublimavit honoris quique in ecclesiarum, monasteriorum et personarum ecclesiasticarum defensione ac ipsarum conservatione libertatum et iurium indesinenter studia et labores impendunt, ab eisdem ecclesiis, monasteriis et personis percipiant semota turbatione quacumque in suis opportunitatibus relevamen. Cum itaque dilectus filius noster Alfonsus¹ sancti Eustachii diaconus cardinalis diversa canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, perpetuas administrationes et officia nec non prestimonia, prestimoniales portiones et nonnulla alia beneficia ecclesiastica etiam curata et electiva, secularia et regularia, que et quot sint eorumque veros valores annuos presentibus haberi volumus pro expressis, in cathedralibus etiam metropolitanis et collegiatis ecclesiis ex concessione et dispensatione apostolice sedis obtinere noscatur, nos attendentes, quod prefati cardinales ad regendum universalis ecclesie firmamentum assistendo nobis submissis umeris operosa sedulitate laborant et ipsius ecclesie incumbentia onera una nobiscum indefessis sollicitudinibus procurant^c, et dignum ac debitum existimantes, ut apud nos opportuni favoris prerogativam inveniant ac libertatum et exemptionum a quibuscumque oneribus **positis^d** plenitudinem consequatur, eiusdem cardinalis in hac parte supplicationibus inclinati volumus et apostolica auctoritate tenore presentium decernimus, statuentes, **quod prefatus cardinalis**, qui in civitate nostra Bononiensi et nonnullis aliis partibus in temporalibus vicarius generalis per nos deputatus existit, **pro canonicatibus et prebendis ac dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, prestimoniis**

¹ Alfonsus Carillo.

et prestimonialibus portionibus ceterisque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura et sine cura, que ipse in quibusvis ecclesiis sive locis presentialiter obtinet et in posterum obtinebit, ad aliqua gabellas, pedagia, datia, subsidia, impositiones et quevis alia onera realia, personalia seu mixta, quocumque nomine censeantur, per venerabiles fratres nostros archiepiscopos et episcopos nec non dilectos filios electos et alios locorum ordinarios nec non abbates, decanos et capitula ac rectores, administratores seu commendatarios ecclesiarum et locorum, in quibus huiusmodi beneficia forsitan fuerint, quibuscumque de causis et quovis colore quesito, titulo vel causa, etiamsi expense pretendantur pro domini utilitate laborum quorumvis ambasciatorum seu nuntiorum, et tam ordinaria quam apostolica auctoritatibus hactenus indicta seu indicenda, solvenda, prestanda vel subeunda et tam ipse cardinalis quam procuratores et commissarii sui vel quivis alii in eisdem beneficiis suo nomine residentes et illorum regimini et administrationi incumbentes premissorum subsidiorum, impositionum et onerum occasione vel causa ab eisdem archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, ordinariis, decanis, capitulis et aliis supradictis, quamdiu ipse cardinalis vitam duxerit in humanis, ...ti in personis, rebus vel bonis suis quibuslibet exigi, distringi et compelli non possint vel quomodolibet molestari, quem quidem cardinalem, quamdiu vixerit, ut prefertur, ac procuratores, commissarios et alios supradictos ab omni solutione et prestatione subsidiorum, impositionum, collectarum et onerum predictorum cuiquam facienda auctoritate apostolica predicta harum serie prorsus eximimus et penitus liberamus, districtius inhibentes eisdem archiepiscopis, episcopis, electis, abbatibus, decanis, capitulis, rectoribus, administratoribus et commendatariis supradictis, ne cardinalem, procuratores, commissarios et alios predictos ad solvendum aut subeundum aliquid de huiusmodi subsidiis, impositionibus, collectis et oneribus prelibatis ratione beneficiorum predictorum per se vel alios in personis, rebus et bonis huiusmodi directe vel indirecte aut quovis quesito colore gravare, cogere, impedire vel molestare presumant absque sedis apostolice licentia speciali faciente de exemptione et liberatione huiusmodi plenam et expressam in eorum litteris mentionem, non obstantibus apostolicis ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis constitutionibus nec non statutis et consuetudinibus dictarum ecclesiarum iuramento, confirmatione apostolica vel quacumque alia firmitate vallatis, de quibus servandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea et ipsis litteris non utendo ipse cardinalis per se vel procuratores suos prestitisset hactenus vel ipsum in futurum forsitan prestare contigerit iuramenta, ad que servanda ipsum volumus non teneri, nec non privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, eisdem archiepiscopis, episcopis et aliis locorum

ordinariis communiter vel divisim sub quacumque verborum forma per sedem ipsam hactenus concessis et in posterum concedendis, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in presentibus habenda foret mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostrorum voluntatis, constitutionis, statuti, exemptionis, liberationis et inhibitionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, III nonas iulii pontificatus nostri anno quinto².

Collationata per me M. Gervasii ³ .	P. Garsie ⁴ .
--	--------------------------

² 1422 Juli 5.

³ M. Gervasii.

⁴ P. Garsie.

^a Constitutio - extravagans RV 354 Rubr.

^b RV 354 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und auf dem rechten Gratis pro persona domini cardinalis

^c procurant RV 354 procuruntur

^d positus RV p(re)o(s)et(i)s (!)

Überschrift **München 3063**, fol. \$\$\$: Summarium regularum Martini V (sonst leer).

Neuer Text aus VL 3983 fol. 139v (folgt nach OT 152) (keine KR!):

- 1 Veniendo ad VI^m de libris fuerunt opp(...)i nostre predictos dominos et aliqui volunt iudicare sicut
- 2 iudicatur in camera .f. libram pro flor. de camera et hoc quomodo dicatur in gratia secundum communem
- 3 extimationem et alii et nihilominus? et in hoc ordinavit maior pars, quod illa extimatio comunis sit secundum
- 4 morem illius patrie, ubi de illis libr. Turonensium parvorum habetur? notitia, ut est in Francia, ita quod facto computo secundum quod olim B. supra fecit per camsores (!) extimari, ascendit libra
- 6 ad XX grossos Avinionen. vel ad XX solidos barchinonen., que possunt esse quasi duo flor.
- 7 de magon. dictis? duobus solidis et sic contra extimat(ionem).

- 8 Dominus d. secundum tax(ationem) decime valorem et tunc? aut sunt illa beneficia taxata aut non sunt taxata
- 9 xata ad illam taxam habetur recursus et ratio excedatur valor, quia solet una earum
- 10 CCCC. flor. aliquando esse in taxa L libr. vel minus et signantur in provincia Cesaraugusten.
- 11 et Terraconen, ubi taxe sunt reducte ad medietatem in una per olim B. et in
- 12 alia per dominum nostrum Martinum modernum, ut dicitur, aut non est taxata et tunc
- vo-
- 13 luit ... in questionibus suis quod haberet recursus ad communem extimationem
- 14 quod non bene probat secundum ... tenet ad Oldrad. consilio 48?/210 an. m. addi spe-
- ri de
- 15 conre? pe in quarta columna et per doctores in Cle. si beneficiorum decima de
- 16 deci. quia vere extimationis habebitur ratio

Marginalie oben und rechts auf BL 2825 fol. 144r (OT 149):

- 1 ... pontificatus nostri anno sexto statuiumus, ordinaverimus, voluerimus et decernimus, quod

2 scriptores litterarum apostolicarum, qui tunc a Romana curia absentes erant, sua officia
 tunc personaliter obtinentes, qui infra annum a die publicationis
 3 dicte ordinationis computand. ad exercendum personaliter officium suum ad dictam curi-
 am reversi non forent, et residerent in e[a]
 4 nisi forsitan de nostra aut sancte Romane ecclesie vicecancellarii licentia, de qua per
 nostras aut ipsius patententes litteras constaret, fo.
 5 absentes seu alias legitime impediti, eo ipso suis officiis essent privati, ac etiam in-
 hibuerimus, ne post privationem huiusmodi i..
 6 scriptoribus sic absentibus quicquam per taxatorem ipsarum litterarum distribueretur. Nos
 igitur ex certis rationabilibus causis ad hoc ..
 7 nostrum moventibus statutum et ordinationem et decretum predicta etiam quoad omnes
 et quoscumque dictarum litterarum scriptor[us]
 8 tam presentes quam absentes
 9 et qui infra dictum terminum
 10 non venerint, prorsus
 11 omnes cassamus et
 12 tamus per eaque null
 13 iudicium factum vel g[eritum]
 14 ratum fuisse decern[imus]
 15 penam premissam hu[ic]
 16 litem remittimus. et a[n]n[ul]lam[us]
 17 n[on] ac inhibitionem
 18 peritus, que ad hoc [dum]
 19 taxat revocantes et
 20 chilominus prefatos scrip[torum]
 21 tores in statum et libe[r]tatem
 22 pristinum in quibus erant
 23 ... voluntatem et
 24 tionem nec non inhib[itionem]
 25 predictas restituimus et [restituimus]
 26 minus quod presentes ita
 27 liceat eis absque ...
 28 pene metu vel inc[on]f[us]ione
 29 que voluerint transire

30 stare et redire im[]
 31 et libere sicut prius [non]
 32 obstantibus premissis
 33 aliis contrariis quibus[]
 34 Scribatur in libro Can
 35 cellarie, Io. Ostien.
 36 id. maii anno []
 37 fuit publicata M. d[e]
 38 Novaria.

Die letzten drei Zeilen von anderer Hand.

Berlin 661, fol. 69r-71v; **RV 355 Rubr.**, fol. 14v; **RV 355**, fol. 295r-296v; **Paris 5223**, fol. 48r-49v (nicht kollationiert); **Paris 8604**, fol. 84v-86r; **Druck**: *Mercati, Supplemento S. 52-55 (nach RV 355)*.

ORDINATIO ET CONFIRMATIO SUPER ADVOCATIONE CAUSARUM BENEFICALIUM IN REGNO FRANCIE CUM DISPENSATIONE ETC. ET CASSATIONE ETC. PROPTER LITIUM ANFRACTUS IN DICTO REGNO ... EXTRAVAGANS^a.

ME 73. Martinus^b episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ad sacram Petri sedem divina dispositione vocati ad pacem et exaltationem ecclesie ac tranquillitatem quorumlibet Christifidelium et precipue prelatorum ecclesiasticarumque personarum, quorum cura nobis est superna dispositione commissa, paterna sollicitudine vigilantes, ea libenter ordinamus et querimus, per que lites atque discordie inter eosdem prelatos et personas, ex quorum litigiis et contentionibus gravia possunt in ecclesia Dei scandala provenire, per nostre providentie ministerium sopiantur atque sedentur ipsorumque prelatorum et personarum tranquillitati et paci provideatur salubriter et eorum statui paternaliter consulatur. Sane cum inter nonnullos prelatos et personas ecclesiasticas super ecclesiis cathedralibus etiam metropolitanis nec non monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus cum cura et sine cura in regno Francie et Delphinatu Viennensi¹ consistentibus presertim occasione ordinationum quarumdam regiarum dicti regni a certo tempore citra promulgatarum quibusdam innitentibus apostolicis et nostris aliis vero ordinariorum provisionibus, collationibus aut aliis dispositionibus lites, discordie et inde scandala orirentur et oriri peramplius verisimiliter crederentur, carissimus in

¹ *Dauphiné, Frankreich.*

Christo filius noster Carolus Francorum rex illustris cupiens premissis discordiis et scandalis obviari et illa in pacis et salutaris concordie commutari dulcedinem atque componi, per suos solemnes ambasciatores ad nos nuper cum sufficienti mandato sigillo patenti prefati regis impendenti munito propter hoc specialiter destinatos post exhibitam nobis per eos pro parte dicti regis obedientiam et reverentiam debitas et devotas nobis fecit humiliter supplicari, ut super premissis ad obviandum huiusmodi litibus, discordiis et scandalis, que inde possent in posterum suboriri, opportune providere et, ut lites et discordie iam mote et suscitata sopiantur et in futurum ulterius non oriantur, super futuris provisionibus et dispositionibus tam nostra quam ordinariorum auctoritatibus ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum predictorum caritate paterna consulere, disponere et ordinare de benignitate apostolica dignaremur, nos igitur piam ipsius regis affectionem et optimam voluntatem condignis in Domino laudibus extollentes ac attendentes eius eximiam devotionem et fidem, quam ad nos et Romanam gerit ecclesiam, immensa quoque beneficia, que a suis progenitoribus eidem Romane ecclesie provenerunt, volentesque, sicut ex debito pastoralis tenemur officii, huiusmodi litibus, discordiis et scandalis obviare ac tranquillitati pacique subditorum regni et Delphinatus predictorum salubriter providere, ipsius quoque regis asserentis, quod ordinata per nos et dictos ambasciatores dicti regis nomine acceptata, quantum ad eum pertinebat, in regno et Delphinatu predictis firmiter faciet observari, in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate apostolica hac irrefragabili constitutione statuimus et etiam ordinamus, quod electionum confirmationes, provisiones et alie dispositiones quecumque et quarumcumque ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum nec non monasteriorum, quorum electionis negotium pro parte electorum sive per appellationem fuit apud sedem apostolicam introductum aut devolutum et auctoritate nostra provisum, insuper prioratum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium ordinum quorumcumque etiam electivorum cum cura et sine cura, que a tempore publicationis regiarum ordinationum predictarum et ante diem date presentium apud dictam sedem in Romana curia vel infra duas dietas ab eadem curia non remotas per obitum vel renuntiationem, preterea per obitum quorumcumque sancte Romane ecclesie cardinalium atque legatorum et nuntiorum nostrorum sive dicte sedis eorum legatione vel nuntiatione durante nec non familiarium et officiariorum nostrorum et ipsius sedis scriptorum litterarum apostolicarum usque ad numerum centum et unius et viginti quinque abbreviatorum earundem et viginti quattuor scriptorum litterarum sacre Penitentiarie nostre in pitaphiis descriptorum etiam extra predictam curiam ubicumque defunctorum, dummodo

quantum ad dictos familiares et officarios attinet, ultra quattuor annos continuos absentes a dicta curia ante eorum obitum aut renuntiationem immediate non fuerint, seu etiam per munus consecrationis quibusvis archiepiscopis vel episcopis in dicta curia vel extra eam^c impensum aut lapsum temporis de consecrandis episcopis a canonibus diffiniti vacaverint, nec non beneficiorum et aliorum premissorum litigiosorum, super quibus ante publicationem dictarum ordinationum lites mote fuerunt vel etiam post, dummodo vacaverint ante publicationem supradictam, atque beneficiorum et aliorum premissorum auctoritate apostolica collatorum aut alias dispositorum, que illi, quibus extitit eadem auctoritate provisum, quandocumque et quomodocumque ac per quoscumque vacaverint, per sex menses pacifice possederunt et de quibus infra tempora a canonibus diffinita non sit^d auctoritate ordinaria provisum et provisio publicata; insuper quod, si qui auctoritate apostolica in huiusmodi monasteriis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ac beneficiis supradictis aut eorum aliquo ius auctoritate apostolica pretendentes habere, super hiis pro se tres diffinitivas sententias conformes in petitorio iudicio vel duas, quarum ultima, aut unam, que in rem transiverit iudicatam, altera tamen parte se legitime defendente, et non per Audientiam contradictarum obtinuerint, provisiones et dispositiones apostolice huiusmodi ac etiam mandata de providendo de illis eadem auctoritate apostolica facte et facta atque prefate late sententie firma et rata maneant suumque plenum et liberum in omnibus et per omnia sortiantur effectum. Ceterorum **(sic)** autem monasteriorum, prioratum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum ac aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium et regularium etiam cum cura et sine cura, etiamsi prioratus conventuales et dignitates huiusmodi in cathedralibus aut aliis metropolitanis post pontificales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales fuerint et ad dignitates, personatus, administrationes et officia huiusmodi consueverint per electionem assumi, que in dicto regno et Delphinatu dicto durante tempore quomodolibet vacaverint, ordinariorum et aliorum, ad quos premissorum tunc vacantium beneficiorum confirmatio, collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio de iure vel consuetudine pertinebat, confirmationes, collationes, provisiones, presentationes et alie quevis dispositiones rate et firme, illorumque et illarum possessores pacifici et quieti permaneant. Quas confirmationes, collationes, provisiones, presentationes et alias dispositiones predictas ex nunc auctoritate apostolica ex certa nostra scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et quoscum-

que defectus alios preterquam natalium, simonie, etatis citra duos annos, de quorum duorum annorum defectu dispensamus, homicidii nec non constitutionis „Execrabilis”², excommunicationis in personam dumtaxat illius, cui fuerit provisum, ab homine late et in partibus excommunicati publicate sententie, si qui forsan intervenerint quomodolibet in premissis. Et nihilominus causas et lites super monasteriis, prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis et aliis beneficiis supradictis et de quibus confirmatur ordinariorum provisio, ut prefertur, coram quibuscumque auditoribus causarum Palatii apostolici, commissariis vel iudicibus delegatis in dicta curia vel extra eam de mandato vel autoritate nostra aut alias introductas ad nos tenore presentium advocantes in quacumque instantia pendentes indecisas penitus extinguentes omnes processus, sententias, penas et censuras quacumque auctoritate apostolica vel ordinaria aut seculari contra apostolicos et ordinarios quoscumque sive dimittentes seu retinentes beneficia huiusmodi nec non contra parentes, affines, consanguineos, amicos et bona eorum tam in predicta quam alia quacumque curia ecclesiastica vel seculari factas et latas ac omnia impedimenta et obstacula super illis apposita auctoritate et scientia supradictis harum serie quantum ad premissa dumtaxat cassamus, tollimus, irritamus et penitus annullamus ac per illos, ad quos pertinet, ad omnem petitionem partis alterius, cuius interest, cassari, tolli et annullari volumus et mandamus, dummodo rex prefatus de hiis, que sua auctoritate vel alia seculari ita faciat aut fieri faciat in suis regno et Delphinatu predictis, ac omnes processus, arresta et impedimenta quecumque in eius curia vel alibi de suo mandato aut sua auctoritate factos, posita et prestita premissorum occasione tollat, casset ac tolli et cassari precipiat atque mandet realiter et cum effectu nec non personas, monasteria, prioratus, dignitates, personatus, officia, canonicatus et prebendas et quecumque alia beneficia in regno et Delphinatu predictis eadem auctoritate ordinaria possidentes ad ea obtenta iuxta ordinationem nostram huiusmodi et alia quecumque in posterum obtinenda, si eis canonice conferantur, eadem auctoritate apostolica habilitamus easque ab omnibus et singulis excommunicationis, suspensionis et interdicti aliisque sententiis, censuris et penis spiritualibus, quas occasione litigiorum super dictis beneficiis habitorum quomodolibet incurrerunt, absolvimus et plenarie decernimus absolutas ac cum personis predictis super irregularitate, si quam premissorum occasione celebrando divina vel immiscendo se illis non tamen in contemptum clavium contraxerunt, quodque in susceptis ordinibus ministrare et ad superiores etiam ordines alias rite promoveri libere et licite possint, predicta auctoritate apo-

² = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

stolica dispensamus omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eos premissorum occasione contractam penitus abolemus. Preterea volumus et ad eiusdem regis instantiam concedimus et decernimus per presentes, quod dictorum beneficiorum auctoritate ordinaria possessores, qui aliqua beneficia sic possessa dictarum nostrarum ordinationum vigore dimittere tenebuntur, ad restitutionem fructuum et proventuum perceptorum ex illis et qui percipi potuerunt ac expensarum occasione litium vel alias factarum, si forsitan lites aliquae super hiis iam motae fuerint, nisi a die late sententiae, quae in rem transierit iudicatam et in qua lite pars succumbens se defenderit, ut prefertur, et ubi nulla fuit talis sententia usque ad diem date presentium litterarum minime teneantur. Et similiter intelligi volumus de hiis, qui dictorum beneficiorum auctoritate apostolica possessores illa dictarum nostrarum ordinationum vigore dimittere tenebuntur, quod aliter quam, ut prefertur, ad restitutionem fructuum perceptorum et expensarum minime sint astricti, quos quidem fructus et proventus prefatis possessoribus pro maiori eorum securitate scientia et auctoritate predictis tenore presentium remittimus, concedimus et donamus, non obstantibus quorumcumque ordinariorum et aliorum, ad quos alias de iure vel consuetudine ipsorum beneficiorum dispositio forsitan pertineret, collationibus, provisionibus, presentationibus aut aliis quibusvis dispositionibus nec non gratiis expectativis per nos quibusvis personis concessis et processibus desuper habitis et acceptionibus, provisionibus et aliis inde secutis, reservationibus quoque generalibus et specialibus per nos et sedem predictam factis et collationibus et provisionibus tam nostra et apostolica quam etiam ordinariorum predictorum auctoritatibus factis et concessis et aliis quibuscumque, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta huiusmodi nostra voluntas, ordinatio, confirmatio et alia in presentibus contenta impediri valeant quomodolibet vel differri, quos quidem processus, acceptiones, collationes, provisiones, presentationes et alia inde secuta quoad hoc similiter cassamus, annullamus et irritamus ac nullius esse volumus et declaramus roboris vel momenti, decernentes ex nunc irritum et inane, quidquid in contrarium super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit in posterum quomodolibet attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis, confirmationis, communitationis, advocacionis, extinctionis, mandati, habilitationis, dispensationis, abolitionis, remissionis, concessionis, donationis, cassationis, annulationis, irritationis, voluntatis, declarationis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et

Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Genezani³ Prenestinensis⁴ diocesis, XII kalendas septembris pontificatus nostri anno nono.⁵

Coll(ationata) per me Ant(onium)⁶.

Io(hannes) Stalberg⁷.

³ Genezzano, Latium, Italien.

⁴ Palestrina, Latium, Italien.

⁵ 1426 August 21.

⁶ \$\$\$.

⁷ Johannes Stalberg.

^a Ordinatio - Extravagans RV 355 Rubr.

^b RV 355 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und auf dem rechten Gratis de mandato domini nostri pape

^c eam Paris 8604 tam

^d sit Paris 8604 fuit

RV 355 Rubr., fol. 14v; **RV 355**, fol. 296v-298r; **Paris 5223**, fol. 52v-53r (nicht kollationiert); **Paris 8604**, fol. 86r-87r; **Druck:** MERCATI, Supplemento S. 44-47 (nach RV 355). (mit ME 73 abgleichen und Gleichlautendes in Petit setzen)

BULLA DE RESERVATIS XXV PERSONIS ET TOT BENEFICIIS PRO SINGULIS ETC.^a.

ME 70. Martinus^b episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Merita carissimi filii nostri Caroli regis Francorum illustris, quibus ipse more carissimorum regum Francie progenitorum suorum in nostro et apostolice sedis conspectu clarere dinoscitur, nos inducunt, ut in hiis, per que sublatis de medio litigiis et contemptionibus urgentibus^c inter personas ecclesiasticas sui regni et Delphinatus Viennensis¹ illorum statui et tranquillitati consulitur, quantum cum Deo possimus, favorabiliter annuamus. Hodie siquidem ad tranquillitatem et pacem personarum ecclesiasticarum regni et Delphinatus predictorum paternaliter intendentes et cupientes litibus, discordiis et scandalis, que inter easdem personas super ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dignitatibus et aliis beneficiis ecclesiasticis in regno et Delphinatu predictis consistentibus presertim occasione quarundam ordinationum regiarum oriebantur, paternis studiis obviare inter cetera statuimus et ordinavimus, quod electiones, confirmationes, provisiones et alie dispositiones quecumque et quarumcumque ecclesiarum cathedralium etiam metropolitanarum nec non monasteriorum, quorum electionis negotium pro parte electorum, sive per appellationem fuit ad sedem apostolicam introductum aut devolutum et auctoritate nostra provisum, insuper prioratum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum secularium vel regularium, que a tempore publicationis ordinationum predictarum et ante diem date presentium apud dictam sedem

in Romana curia vel infra duas dietas ab eadem curia non remotas per obitum vel renuntiationem, preterea per obitum quorumcumque sancte Romane ecclesie cardinalium atque legatorum et nuntiorum nostrorum sive dicte sedis eorum legatione vel nuntiatione durante nec non familiarium et officiariorum nostrorum et ipsius sedis usque in certum numerum tunc expressum aut etiam per munus consecrationis archiepiscopis vel episcopis in dicta curia vel extra eam impensum vacaverint, et beneficiorum et aliorum premissorum litigiosorum, super quibus ante publicationem dictarum ordinationum regiarum illis lites mote fuerint vel etiam post, dummodo vacaverint ante publicationem supradictam, atque beneficiorum auctoritate apostolica collatorum, que illi, quibus eadem auctoritate provisum fuit, quomodocumque vacaverint, per sex menses pacifice possederunt, insuper quod, si qui auctoritate apostolica in huiusmodi monasteriis, dignitatibus et beneficiis predictis ius auctoritate ordinaria pretendentes habere super hiis pro se tres diffinitivas sententias conformes in petitorio vel duas, quarum ultima, aut unam, que in rem transiverit iudicatam, altera tamen parte se legitime defendente, et non per Audientiam contradictarum obtinuerit, provisiones et dispositiones huiusmodi et etiam mandata apostolica de providendo de illis facta suum plenum et liberum sortiretur effectum, ceterum^d autem monasteriorum, prioratum, dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, que in eisdem regno et Delphinatu dicto durante tempore vacaverint, ordinariorum et aliorum, ad quos ipsorum beneficiorum tunc vacantium confirmatio, collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio de iure vel consuetudine pertinebat, confirmationes, collationes, provisiones et presentationes et alie quevis dispositiones firme et rate essent, illorumque possessores pacifici et quieti permanerent, certis per nos circa premissa modificationibus et restrictionibus adiectis, prout in aliis nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Cum autem post premissa pro parte dicti regis per eius solemnes ambasciatores ad nos destinatos precipue pro huiusmodi extinguendis litibus ac sedandis scandalis et discordiis, que inter personas easdem in futurum peramplius poterunt suboriri, et habentes super hoc ab eodem rege speciale mandatum nobis fuit humiliter supplicatum, ut de prioratibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis ac aliis beneficiis, etiamsi prioratus conventuales ac dignitates in cathedralibus aliis metropolitanis post pontificales maiores vel in collegiatis ecclesiis principales fuerint et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueverint qui per electionem assumi

¹ *Dauphiné, Frankreich.*

eisque cura immineat animarum, quorum provisiones et dispositiones apostolicas, ut preferatur, ratas et firmas volumus permanere, quinquaginta personas, quas idem rex duceret nominandas, et totidem beneficia vel prioratus, dignitates aut personatus huiusmodi scilicet dignitatum et beneficiorum auctoritate ordinaria possessores excipere et sue serenitati concedere, quod dicte persone per eum nominande et per nos excipiende beneficia et dignitates huiusmodi retinere valeant, ac provisiones de illis auctoritate ordinaria eis factas confirmare de speciali gratia dignemur, nos igitur attendentes preclaram dicti regis devotionem et fidem, quam ad nos et Romanam gerit ecclesiam, volentesque propterea ipsum prosequi speciali gratia et favore huiusmodi supplicationibus inclinati a prefata nostra ordinatione de collationibus et provisionibus auctoritate apostolica factis, ratis et firmis, ut premittitur, permansuris viginti quinque personas dumtaxat per eundem regem nominandas et totidem beneficia, etiamsi dignitates aut personatus fuerint, dummodo in predicta curia per renuntiationem non vacaverint aut in eis ante publicationem regiarum ordinationum predictarum non fuerit alteri in re ius quesitum, pro singulis videlicet personis eiusdem singula beneficia huiusmodi excipimus ac exceptas et excepta esse volumus per presentes. De quibus viginti quinque beneficiis quattuor dumtaxat esse possint aut sint de hiis, que^e apud sedem predictam alias quam per renuntiationem dicto durante tempore vacaverunt, cetera viginti unum de aliis beneficiis, ut premittitur, aliter reservatis, que persone singule singula huiusmodi beneficia sibi ordinaria auctoritate collata - premissa ordinatione nostra ac apostolica dispositione ceterisque contrariis nequaquam obstantibus - libere et licite valeant retinere. Quas quidem collationes et provisiones ipsis viginti quinque personis eadem auctoritate ordinaria factas ex nunc prout ex tunc auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, suppletentes omnes alios defectus preterquam natalium, simonie, etatis citra duos annos, homicidii, constitutionis „Execrabilis²“, excommunicationis in personam illius dumtaxat, cui collatum^f fuit beneficium, ab homine late et in partibus excommunicati publicate sententie, si qui forsitan intervenerint in premissis. Volumus insuper, quod pro tribus per dictum regem nominandis ex dictis viginti quinque personis canonicatus et prebenda ac dignitas in una et eadem ecclesia et qui simul per unam et eandem personam vacaverunt, pro uno dumtaxat beneficio computentur quodque, si qui ex dictis viginti quinque personis^g plura beneficia, etiamsi dignitates et personatus fuerint, in quibus apostolica dispositio huiusmodi secundum predictas nostras ordinationes rata alias manere deberet^h, obtineant, unum ex illis eligantⁱ, quod maluerint

² = *Johannes XXII. Nr. 67B.*

retinere. Et ex dictis viginti quinque personis prefati ambasciatores ex nunc nomine dicti regis dilectos filios Petrum de Molendino, Guilielmum Letur consiliarios, Teobaldum de Luce secretarium dicti regis, Guiliermum Picardi, Iohannem de Gieio etiam secretarium, Maturinum Gerardi, Guiliermum Hocde, Iohannem de Alneto etiam secretarium dicti regis, Alanum Boerii secretarium carissime in Christo filie nostre Marie regine Francorum illustris, Iohannem louvenel iuniorem et Iohannem de Vailli filium primi presidentis regii parlamenti Pictavensis³ ad undecim singula beneficia, quorum ipsi singuli possessores existant, specialiter nominaverunt. Reliquos autem et etiam tres ex illis, pro quibus rex voluerit canonicatum et prebendam cum dignitate vel personatu pro unico beneficio computari, atque electionem alterius beneficiorum, quod retinere maluerint, ut prefertur, ne persone alie, quibus per hoc sit preiudicium diu manere habeant sub incerto, prefatus rex nominare nosque de talibus per eum nominatis personis et electis beneficiis infra festum nativitatis Domini nostri Iesu Christi proxime secuturum⁴ per eius litteras certificare teneatur, alioquin dicto festo elapso ipse relique persone pro non nominatis habeantur ex tunc ac presentes littere quoad ipsas non nominatas personas dumtaxat nullius sint roboris vel momenti. Nul- li ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre exceptionis, confirmationis, commu- nicationis, suppletionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis au- tem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Genezani⁵ Penestrinensis⁶ diocesis, XII kalendas septembris pontificatus nostri anno nono⁷.

Coll(ationata) per me Ant(onium ⁸).	Io(hannes) Famuli ⁹ .
---	----------------------------------

³ Poitiers, Poitou, Frankreich.

⁴ 1426 Dezember 25.

⁵ Genezzano, Latium, Italien.

⁶ Palestrina, Latium, Italien.

⁷ 1426 August 21.

⁸ \$\$\$.

⁹ Johannes Famuli.

^a Bulla - etc. Paris 8604; RV 355 Rubr. Alia constitutio et confirmatio super dictis beneficiis in dicto regno Francie

^b RV 355 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und auf dem rechten Gratis de mandato domini nostri pape

^c contemptionibus urgentibus Paris 8604 contentionibus ingentibus

^d ceterum Paris 8604 ceterorum

^e que Paris 8604 qui

^f collatum Paris 8604 collatio

^g personis fehlt Paris 8604

^h deberet Paris 8604 debet

ⁱ eligant Paris 8604 eligatur

RV 355 Rubr., fol.; RV 355, fol. 298r-298v; Paris 5223, fol. 50v-51r (nicht kollationiert); Paris 8604, fol. 87v-88r; Druck: MERCATI, Supplemento S. 43f. (nach RV 355).

CONTRARIA BULLA ILLI DE FORO VETITO^a.

ME 69. Martinus^b episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providentia circumspecta nonnumquam gesta et ordinata per eum, ne lites et scandala pariant, dilucidat et declarat, prout locorum et temporum qualitate pensata in Domino conspicit expedire. Dudum siquidem in nostri apostolatus primordiis provide considerantes, quod licet clerici et ecclesiastice persone, qui suas causas et querelas in hiis precipue, que de iure vel consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinere noscuntur, eo temere derelicto secularibus iudiciis se submittere seu partes sibi adversas ad forum de iure vetitum convenire vel trahere presumebant, gravibus proinde penis tam spiritualibus quam temporalibus etiam iure disponente alligarentur, penas tamen ipsas non sine proprie salutis periculo sepius habere videbantur in contemptum, nos, qui^c ex debito pastoralis officii salutem querimus singulorum super hiis opportune providere volentes, statuimus et etiam ordinavimus^d, quod quicumque ex clericis et personis eisdem de cetero reus talis presumptionis existeret, nisi de hoc in quibuscumque concessionibus, dispensationibus et gratiis per eum a nobis impetrandis adeo specialem et expressam mentionem faceret, quod inde sibi super hoc opportune providere valeret pro sue cautela salutis eo ipso omni commodo careret earum ipseque concessionones, dispensationes et gratie totaliter inefficaces nulliusque roboris vel momenti existerent, et nihilominus pene canonum contra tales locum haberent et etiam declararentur, prout in quadam ordinatione nostra super hoc edita et in libro Cancellarie nostre descripta et publicata latius continetur¹. Cum autem, sicut pro parte carissimi in Christo filii nostri Caroli regis Francorum illustris nobis fuit expositum, a nonnullis revocetur in dubium, an per huiusmodi nostram constitutionem derogari voluerimus iuri et iurisdictioni regie presertim in casu possessorii retinende possessionis super quibuscumque ecclesiis et beneficiis ecclesiasticis suorum regni Francie et Delphinatus Viennensis², per quam iurisdictionem prefatus rex sibi licere asserit in omni casu, etiam iuridice tueri possessores, nos ad omnis ambiguitatis tollendum dubium super hiis opportune consulere et providere volentes eiusdem regis in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis non fuisse neque esse per predictam aut quamcumque aliam constitutionem nostram eidem regi et eius regie iurisdictioni, per quam, sicut asseritur, tam ipse rex quam progenitores sui super

¹ \$\$\$ *Nichts Derartiges in BL 2825.*

huiusmodi possessorio a tanto tempore citra, quod de eius contrario memoria hominum non existit, consueverunt cognoscere, in aliquo derogari voluisse aut velle quoquo modo, decernentes partes molestatas super earum conservatione ad suorum beneficiorum possessionem ipsius regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum iurisdictionis et libertatis ecclesiastice et, ut partes sibi adversas in rebus ecclesiasticis diutius perturbarent, hoc non fecerint, penas in dicta nostra constitutione contentas nullatenus incurrisse aut debere incurrere quovis modo. Per hoc autem nullum ius seu iurisdictionem in premissis cognoscendis eidem regi de novo acquiri volumus, sed antiquum, si quod habet, tantummodo conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Genezani³ Prenestinensis⁴ diocesis, XII kalendas septembris pontificatus nostri anno nono⁵.

Coll(ationata) per me Antonium ⁶ .	T. Batensoen ⁷ .
---	-----------------------------

Et a tergo: Registrata in Camera apostolica^e.

² Dauphiné, Frankreich.

³ Genezzano, Latium, Italien.

⁴ Palestrina, Latium, Italien.

⁵ 1426 August 21.

⁶ \$\$\$.

⁷ \$\$\$.

^a Contraria bulla illi de foro vetito Paris 8604; RV 355 Rubr. Alia declaratio et ordinatio in dicto regno Francie super beneficiis etc., que ... ad curiam ... etc. ut ... extravagans

^b RV 355 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und auf dem rechten Gratis de mandato domini nostri pape

^c qui fehlt Paris 8604

^d ordinavimus Paris 8604 ordinamus

^e Et - apostolica fehlt RV 355

RV 355 Rubr., fol. 14v; RV 355, fol. 298v-299r; Paris 5223, fol. 50r-50v (nicht kollationiert); Druck: MERCATI, Supplemento S. 47-48 (nach RV 355). (Gelb markiertes fehlt bei Mercati)

ALIUD INDULTUM IN DICTO REGNO SUPER BENEFICIIS^a.

ME 71. Martinus^b etc. Ad futuram rei memoriam. Preclare devotionis sinceritas, quam carissimus in Christo filius noster Carolus rex Francorum illustris ad nos et sedem apostolicam habere dinoscitur, promeretur, ut petitiones suas in hiis presertim, per que personarum ecclesiasticarum suorum regni Francie et Delphinatus Viennensis¹ statui et tranquillitati consulitur illarumque molestiis et vexationibus obviatur, ad exauditionis gratiam

admittamus **et, si qua circa illa a nobis in illorum preiudicium forsitan emanaverint per nostre providentie ministerium declarentur.** Sane pro parte dicti regis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi et alii iurisdictionem ecclesiasticam exercentes vigore quarundam litterarum apostolicarum, que a nobis emanasse dicuntur, nonnullas personas ecclesiasticas seculares et regulares, ecclesias, monasteria, dignitates et alia beneficia ecclesiastica obtinentes prefato regi fideles et in guerris et hostilitatibus, que in dicto regno proh dolor viguerunt prout adhuc vigent, adherentes et obedientes eidem regi tamquam eorum domino naturali suis ecclesiis, monasteriis, dignitatibus, personatibus, officiis et aliis beneficiis ecclesiasticis sub colore et occasione non residentie in eisdem privaverunt et cotidie privare conantur ac dignitates, personatus, administrationes, officia et beneficia ipsa tamquam per huiusmodi privationem vacantia personis aliis contulerunt et conferre presumunt, non advertentes neque considerantes, quod **dicte persone eidem regi adherentes fideles et obedientes** propter manifesta pericula personarum suarum in prefatis dignitatibus, personatibus et beneficiis salva fidelitate debita dicto regi, ut asseritur, tute residere neque ad iudicium coram eisdem archiepiscopis, episcopis et aliis iurisdictionem habentibus in dictis partibus prefato regi non obedientibus personaliter comparere non possunt. Quare pro parte prefati regis nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis ipsarum personarum ecclesiasticarum sibi obedientium et fidelium statui et indemnitati paternaliter providere de benignitate apostolica dignaremur, nos igitur, qui libenter personarum ecclesiasticarum paci et statui providemus et earum vexationibus et scandalis, quantum cum Deo possumus, obviamus, super premissis opportune providere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica et ex certa scientia tenere presentium decernimus et etiam declaramus nostre intentionis non fuisse nec esse nosque non voluisse nec velle, quod dicti archiepiscopi, episcopi et alii iurisdictionem ecclesiasticam habentes vigore quarumcumque litterarum sub quavis forma vel expressione verborum per nos concessarum deberent aut possent vel debuerint seu potuerint aut debeant seu possint quomodolibet in futurum occasione adhesionis, fidelitatis et obedientie prestitarum, ut premittitur, dicto regi seu non residentie, ut prefertur, ad privationem vel quamvis aliam penam aut alias preter et ultra dispositionem iuris communis et auctoritatem ordinariam contra personas predictas procedere quoquo modo. Et nihilominus privationes, amotiones ac processus, sententias et censuras ecclesiasticas vigore dictarum nostrarum litterarum factos, factas et latas et in posterum faciendos, ferendas et promul-

¹ *Dauphiné, Frankreich.*

gandas nec non collationes et provisiones postmodum subsecutas et in posterum etiam premissorum occasione pretextu litterarum predictarum aliter quam, ut predictum est, forsan fiendos, ferendas et fiendas auctoritate predicta ex nunc decernimus nullos et irritos ac nullas, irritas et inanes, quos et quas tollimus et viribus penitus evacuamus nulliusque existere volumus roboris vel momenti, non obstantibus constitutionibus apostolicis ac prefatis litteris nostris, quarum tenores perinde haberi volumus pro expressis, ac si in presentibus de verbo ad verbum essent inserti, ceterisque contrariis quibuscumque. Nos insuper omnes et singulos excommunicationis, suspensionis et interdicti processus et sententias, quos et quas premissorum occasione contra personas dicto regi obedientes et fideles in posterum promulgari contigerit vel haberi etiam irritos, irritas decernimus et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis, cassationis, evacuationis, voluntatis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Genezani² Prenestinensis³ diocesis, XII kalendas septembris pontificatus nostri anno nono⁴.

Coll(ationata) per me Ant(onium) ⁵ .	Io(hannes) Stalberg ⁶ .
---	------------------------------------

² Genezzano, Latium, Italien.

³ Palestrina, Latium, Italien.

⁴ 1426 August 21.

⁵ \$\$\$.

⁶ Johannes Stalberg.

^a Aliud - beneficiis RV 355

^b RV 355 am Kopf auf dem linken Rand B. de Montepolit. (= Bartholomeus Francisci de Ragazzis de Montepoliciano) und auf dem rechten Gratis de mandato domini nostri pape

Paris 8604, fol. 87v-89v; **Druck:** MERCATI, Supplemento S. 48-50 (nach Valois).

ME 72. Franciscus¹ Dei gratia electus Gebennensis Cancellariam sancte Romane ecclesie de mandato sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti regens universis et singulis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam et presentibus indubiam fidem adhibere. Quia pium extimamus et rationi fore consonum veritatis testimonium perhibere, ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus ac serie presentium attestamus, quod sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus predictus inter ceteras constitutiones et ordinationes per eum salubriter editas certas constitutiones et ordinationes ac reservationes earumque modificationes fecit et edidit, quas de certo Cancellarie libro, in quo

idem dominus noster ipsas registrari voluit et mandavit, extrahi fecimus et presentibus de verbo ad verbum annotari et quarum tenor sequitur et est talis:

(= OT 1[2]) In primis sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Martinus divina providentia papa quintus^a nonnullorum Romanorum pontificum predecessorum suorum, donec super hiis aliud ordinandum duxerit, inherendo vestigiis, reservationes facit illis similes, que in constitutione felicis recordationis Benedicti pape XII predecessoris sui, que incipit „Ad regimen“ continentur, ubicumque prelature, dignitates et beneficia ibidem comprehensa vacaverint. Cuius quidem constitutionis tenor sequitur et est talis:

(= *Benedictus XII. Nr. 35B, da schon kollationiert*). Die KR dann einbauen mit den hier vermerkten Varianten von Paris 8604.

(= OT 3) Item prefatus dominus noster Martinus papa quintus^b reservavit generaliter dispositioni sue omnes dignitates in metropolitanis et aliis cathedralibus post pontificales maiores et in collegiatis ecclesiis principales ac prioratus, decanatus et preposituras conventuales nec non preceptorias generales ordinum quorumcumque et quecumque beneficia, que sui et sancte Romane ecclesie cardinalium familiares continui commensales obtinent et imposterum obtinebunt.

(= OT 89) Item sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus^c, qui in primordiis sue assumptionis ad summi apostolatus apicem reservavit dispositioni sue quecumque beneficia ecclesiastica, que sancte Romane ecclesie cardinalium familiares centum commensales tunc obtinebant et in posterum obtinerent, die videlicet VIII maii pontificatus sui anno primo, declaravit sue intentionis tunc fuisse et etiam existere similia beneficia, quorumcumque tempore reservationis huiusmodi viventium, qui similes familiares quorumlibet sancte Romane ecclesie cardinalium vel pro talibus habitorem fuerunt, videlicet illa, que huiusmodi familiaritate durante obtinuerant, etiamsi a familiaritate huiusmodi per obitum dictorum cardinalium vel alias recesserant, nec non illorum, qui erant vel essent dicte Romane ecclesie cardinalium tunc vel pro tempore existentium similes familiares et qui a familiaritate huiusmodi recederent, illa videlicet, que durante familiaritate huiusmodi obtinebant vel obtinerent, sub reservatione includi antedicta.

(= OT 53) Item, prefatus dominus noster voluit et ordinavit quascumque alias resignationes, renuntiationes, cessiones et dimissiones de cetero fiendas per quoscumque, quos ad aliquam prelaturam promoveri vel assumi contigerit, de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis secularibus et regularibus curatis seu non curatis, etiamsi canonicatus et preben-

¹ *Franciscus de Meez.*

de, dignitates, personatus et officia aut alias quecumque et qualiacumque existant, sive simpliciter seu ex causa permutationis aut quavis alia in Romana curia vel extra in quorumcumque manibus vel alias quovis modo inter ultimam vacationem prelature huiusmodi et diem promotionis seu assumptionis seu ad eandem, cum omnibus secutis et sequendis ex inde fore nullas, invalidas et inefficaces, nulla, invalida et inefficacia ac nullius roboris vel momenti et pro infectis haberi.

(= OT 54) Item, quod, si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium ubicumque etiamsi in Romana curia vel ex causa permutationis sive simpliciter et postea infra viginti dies de illa infirmitate decesserit, talis resignatio non valeat et sit omnino irrita cum secutis ex eadem et tale beneficium censeatur vacare per obitum ipsius resignantis.

(= DL ohne Nr.) Item, prefatus dominus noster volens se prelatis et aliis personis ecclesiasticis in conferendis beneficiis reddere gratiosum universis et singulis, ad quos et quorumlibet dignitatum, personatum, administrationum, officiorum, canonicatum et prebendarum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium et regularium collatio, provisio, presentatio, electio seu quevis alia dispositio quomodolibet pertinent, de huiusmodi dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus et prebendis aliisque beneficiis ubilibet, preterquam in ea, apud quam sua cum Romana curia residentia fuerit natione, consistentibus, que usque ad quinquennium a data publicationis presentium computandum in singulis martii, iunii, septembris et decembris mensibus vacare contigerit et que tunc dispositioni apostolice generaliter non reservata fuerint, etiam perinde^d, ac si alie reservationes apostolice non essent, rite disponendi plenam et liberam concedit facultatem. Omnes quoque per eundem quibusvis ordinariis, prelatis et aliis ecclesiasticis personis super conferendis auctoritate apostolica post eorum nominationes sive electiones beneficiis ecclesiasticis concessas hactenus facultates nec non huiusmodi nominationes sive electiones de personis quibusvis in vim earum quomodolibet factis, etiamsi persone ipse in ecclesiis aliquibus propterea in canonicos hactenus recepte sint, in quantum illis exinde nondum est in re licet ad rem in beneficiis quibuslibet ius quesitum, ex nunc auctoritate predicta revocat, cassat et irritat ac nullius vult existere firmitatis, decernens irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari. Datum Rome apud Sanctos Apostolos, idus aprilis anno octavo².

² 1425 April 13 = Döllingen ohne Nr. (aber nicht wörtlich)

(= OT 156) Item, prefatus dominus noster, die prima mensis iunii, pontificatus sui anno octavo, voluit, statuit et ordinavit, quod loca monachalia, officialia, claustralia, hospitalia, xenodochia, elemosinarie, domus Dei ac prioratus, commende seu preceptorie et quecumque alia officia vel beneficia militaria ordinis cuiuscumque non veniant sub gratiis expectativis nec quod ipsarum gratiarum vigore acceptari possint, ac voluit quascumque gratias huiusmodi, si que per eum hactenus fuissent concesse, que tamen effectum sortite non essent, de cetero in predictis non habere locum. Et similiter idem dominus noster voluit et ordinavit, quod, si aliquae gratie expectative per eum forsitan facte et concesse cuiuscumque, cuiuscumque status vel conditionis existeret, ad dignitates in metropolitanis vel aliis cathedralibus post pontificales maiores aut in collegiatis ecclesiis principales vel ad prioratus seu decanatus vel preposituras conventuales ordinis cuiuscumque ex tunc in antea nullum posse aut debere sortiri effectum easque decernit irritas et inanes nulliusque existere roboris vel momenti.

(= OT 161) Item sanctissimus dominus noster Martinus papa quintus^e, die XVIII iulii pontificatus sui anno octavo, voluit, statuit et ordinavit, quod vicarie et capellanie perpetue in cathedralibus vel collegiatis ecclesiis in regno Francie consistentibus institute, quarum vicarii et capellani tenentur omnibus divinis officiis in dictis ecclesiis interesse, quique habent onus officii de facto observato, etiamsi curam habeant animarum, cuiuscumque annui valoris existant, dummodo ipse capellanie et vicarie fructus non habeant nisi dumtaxat in cotidianis distributionibus, ex tunc in antea non cadant sub gratiis expectativis nec sub aliqua reservatione comprehendantur, sed per locorum ordinarios, ad quos ipsarum capellaniarum et vicariarum collatio et provisio - apostolicis cessantibus reservationibus - de consuetudine vel de iure pertinent, de cetero libere conferantur.

(= OT 176) Item prefatus dominus noster, die XXI augusti pontificatus sui anno nono³, voluit et ordinavit, quod similiter vicarie perpetue in metropolitanis aut aliis cathedralibus vel collegiatis ecclesiis in regno Francie et Delphinatu Viennensi consistentibus institute, quibus incumbit onus officii divini, nec non capellanie ubicumque institute, quarum cuiuslibet fructus, redditus et proventus decem librarum Turonensium parvorum secundum communem estimationem valorem annum non excedunt, ex tunc in antea non cadant sub gratiis expectativis nec sub aliqua reservatione comprehendantur, sed per locorum ordinarios et alios, ad quos ipsarum collatio seu quevis dispositio pertinent, libere conferantur et provideatur de illis.

³ 1426 August 21.

(= OT 177) Item prefatus dominus noster, die XXI augusti pontificatus sui anno nono, voluit, statuit et ordinavit, quod monasteria sive abbacie, quorum ducentarum, nec non prioratus conventuales ordinis cuiuscumque in regno Francie et Delphinatu Viennensi consistentia, quorum centum librarum Turonensium parvorum dumtaxat fructus, redditus et proventus secundum taxationem decime valorem annum non excedunt, de cetero non cadant nec includantur aut comprehendantur in reservationibus antedictis, sed illorum electiones, si de personis idoneis canonice fuerint celebrate, libere possint per locorum ordinarios confirmari.

In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri, quo ante promotionem nostram ad ecclesiam Gebennensem utebamur, iussimus appensione muniri. Datum Rome in domo habitationis nostre, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto, die prima mensis septembris⁴.

Sic signatum: Furseus.

Collatio facta est cum originali.

⁴ 1426 September 1.

^a quintus *Paris 8604 V*

^b quintus *Paris 8604 V*

^c quintus *Paris 8604 V*

^d perinde *Paris 8604* proinde

^e quintus *Paris 8604 V*

Für Maul: Reg. Lat. 272 fol. 247r-247v betrifft Zahlungen bei dispensationes matrimoniales.